












L.XXVIII

Cerotto
Capitale del mon
tagniana

℞ Laudano
Incenso } ℥ 4 ℥
mirra

Gomma elemi

Storace liquida

℥ 6 ℥ cerotti

Pharmacopoeias
Rome Collegium
Madas

4986
A
✓ cat

ANTIDOTARIVM ROMANVM, SEV MODVS COMPONENDI MEDICAMENTA

Quæ sunt in vsu,


Opus Pharmacopolis, Medicisq; non minus vtile, quàm necessarium.

AD GREGORIVM XIII. Pont. Optimum Maximum.



VENETIIS,

Apud Ioannem Martinellum Parmensem. 1585.



S. D. N. GREGORIO XIII. Pont. Optimo Maximo.

CVM multæ Sanctissime Pater, & illę quidem præclaræ artes in hominum cõmoda, & usus inuentæ sint, unà tamen inter nobiliores maximè communis, maximèq; neceßaria est ars medica. Etenim aliæ alijs hominibus usui sunt, et adiumento, Medicina uerò omnibus, uel in conseruanda, uel recuperanda sanitate, quæ in bonis humanis principatum obtinet sic, ut lęsa ipsa, cætera omnia non solùm corporis, & fortunæ, sed & ipsa animi bona debilitentur, & quodammodo languescant. Quare hanc diuinam artem, per quam huomo homini quasi Deus quidam efficitur, diuinum inuentum grauißimi; & sapientißimi uiri semper appellarunt. Et diuinę litteræ, uel ipso Dei digito perscriptæ, nobisque ad salutem traditę, eius professores ad

tuendum, & conseruandum mortalium genus singulari Dei beneficio necessariò procreatas, atque idcirco debito honore prosequendos esse clarissimis, & disertißimis uerbis admonent. At uerò cum hęc nobilissima facultas multarum artiũ adiumentis, & ministerio indigeat, & præsertim in ea parte, quam Græci Pharmaceuticam appellant, illius artis, quæ ab eisdem Pharmacopeia dicitur, fidem, diligentiam, & operam requirat, quæ sibi tum simplicia, tum composita medicamenta subministret: cumq; in simplicium delectum, & eorundem compositione, quàm sæpißimè in perniciem hominum peccetur, Collegium nostrum, cui multis ante sæculis præstantißimę artis medicæ, & earum, quæ ad ipsam pertinent, cura quædam, & gubernatio a Superioribus Summis Pontificibus concredita, & a Sanctitate tua confirmata est in uisitandis, & purgandis pharmacopolarum officinis, illud semper studet, ut simplicia medicamenta quãtum fieri potest sint optima, & si aliquid ex ijs, quibus ueteres utebantur, hoc nostro sæ-

culo

culo desideretur, aliud ei, quod facultate, & uiribus usquequaque respondeat succidaneum substituatur. Cum uerò in ipsa medicamentorum compositione multa peccari intelligeret, atque illud præsertim, quòd ea ab alijs atque alijs aliter confici uideret, neque omnes, ut par est, in eodem medicamento miscendo, eandem rationem, & uiam tenere, tũ numero, tum pondere rerum, ex quibus tẽperatur, quod Medicis ipsis in medendo ambiguitatem, & ægrotis sępe detrimentum non leue parit: Statuit eãdem, & illam quidam pro eo quantum eorum diligentia potuit, optimam componendi medicamenta omnibus Pharmacopolis rationem præscribere: Atq; idcirco diu, multumq́; laborauit, ut hoc opus de Compositione medicamentorum, quod Dispensarium alij, nonnulli uerò Antidotarium appellarunt; a Pharmacopolis, & Medicis exoptatum, & a Sanctitate. Tua pro illa perpetua, quam boni publici curam gerit, non solum petitũ, sed propè flagitatum, & conficeret, & confectum in publicam vtilitatem daret: qua

in re licet alijs ingenio, & doctrina præstantes uiri, & nobilissima medicorum Collegia egregiam operam posuerint. Tamen hunc a nobis post tot alios susceptũ laborem non inutilem fortasse iudicabunt, qui singula conferre uoluerint. Eã uerò qualis qualis sit, utilitatem, quam ex his laboribus, & lucubrationib. pro communi mortalium salute susceptis capient homines, Deo primum omnium bonorum auctori, deinde tibi eiusdem Dei Vicario Gregorio. Pont. Max. acceptam referre debent. Qui, ut alia pro tempore ommittamus, quum pro tua singulari prudentia, quę cæteris omnibus tantum quantum dignitate prestas, proque incredibili prouidentia animaduerteres, quã incommoda, & uniuersæ Vrbi perniciosa foret antiqua illa lis, quę Collegio nostro cum Pharmacopolis intercedebat, eam prudentissimè extinxisti, atq; ita extinxisti, ut discordiæ tamquam arbos a Sanctitate Tua non modo incisa, quod multi alij Summi Pontifices ante te fecerunt, sed radicitùs euulsa sit. Quo factũ est, ut uisitationes officinarum Aromataria-

tariarum in discordia illa intermissę, in hac stabili cōcordia repetitæ, eas ita pur garint, ut nunc propemodū aliæ oēs, cer tè magis salutares uideātur esse, q̃ priùs essent. Cū uerò hoc vnum desideraretur: ut certam, & illam quidem unam, eandemque rationem componendi medicamenta quorum freques est usus haberēt Pharmacopolæ, summa Sanctitatis T. qui secundum Deum obtemperandum auctoritate factū est Beatißime Pater, ut quod iam dudum Collegium nostrum cœperat, quàm celerrimè, quantum hominibus occupatissimis licuit, & diligen tissimè perficeret: quare hoc opus Sanctitatis Tuæ mandato & auspitij confe ctum, cum in lucem ob publicam utilita tem proferendū sit: cui Principi rectiùs dicabitur, & in cuius potius, quàm in tuo glorioso nomine apparebit Gregori Pont. Max. cuius iussu absolutum, & elaboratum est? Hoc igitur qualecunque sit opus. S. T dat, donat, dedicat, Colle gium Phisicorum vrbis Sanctitatis Tuæ obseruantissimum, quod quidem munus quamuis tenue admodum sit, Tibi non

ingratũ fore persuadet nobis eximia humanitas tua. Neque uerò ea, quam in terris Summi Dei personam refers, quin tibi illud offerremus, deterruit, quin potius excitauit; ut enim Deus Cœli, & Terræ, & omnium, quę Cælo, & Terra continentur Dominus, munera etiam minima ex offerentis animo non aspernatur: ita neque Tu Dei Vicarius, uerus, & legitimus vniuersi terrarũ orbis Rex & Dominus nostrum hoc exiguum munusculum contemnes. Vale, & uiue.

CVM nostrum Collegium, cui & in Vrbe, & in tota ditione Ecclesiastica, artis medicæ, & eorum, quæ ad ipsum pertinent, ipsiq; inseruiunt, cura quædam, & gubernatio commissa est, uideret in ipsa medicamentorum, quę in frequenti usu sunt compositione multa peccari, atque illud præsertim, quod a diuersis diuersimode conficiebantur, neque omnes, ut par est, in eodem medicamento componendo ęandem rationem, et uiā tenerent, tū numero, tum pondere rerum ex quibus temperatur, quod Medicis ipsis in medendo ambiguitatem, et ęgrotis sæpe detrimentum non leue afferrebat: Statuit eandem, & illam quidem, quo ad eius per ipsum fieri potuit optimam componendi medicamenta Aromatarijs rationem, & hoc libello quàm breuissimè pręscibere. Quare usus eorundem medicamentorum, et alia, quæ ad ipsos Aromatarios non pertinent consulto præter misit, eo consilio, ut aliàs copiosius, & Medicis etiā ipsis utilius opus ad cōem vtilitatem in lucem proferat. Vale.

INDEX COMPOSITORVM MEDICAMENTORVM

Secundum ordinem Alphabeti.

A

Ceratum.

diaco-

diatra-

Pilulæ

Pilulę

Species


Syru-

Trochisci

Vnguen-

INDEX.

FINIS.



ANTIDOTARIVM ROMANVM.

Pondera Romana & Græca.



CHALCVS, qui & æreolus, pẽdet granum vnum cum dimidio.

Ceratium, ſeu ſiliqua pendet chalcos duos, & duas tertij partes, ideſt grana quatuor.

Thermus, ſeu lupinus pendet ceratia duo, grana uidelicet octo.

Obolus pendet thermum vnum cum dimidio, grana videlicet duodecim.

Scrupulus pendet obolos duos, ſeu grana uigintiquatuor: eſt enim vigeſima quarta pars vnciæ.

Drachma pendet ſcrupulos tres, qui faciunt grana ſeptuaginta duo, & eſt octaua pars vnciæ.

Denarius argenteus ſcilicet apud Galenũ & eo poſteriores græcos, idem eſt, quod drachma, ſed apud Celſum Scriboniũ, & Grecos antiquiores, eſt ſeptima pars vnciæ unius, pendens videlicet grana octuaginta duo, & duas ſeptimas grani vnius.

Sextula pendet drachmam vnam,& tertiã partem alterius, seu scrupulos quatuor: est enim sexta pars vnciæ.

Sicilicus pendet drachmas duas, cum sit quarta pars unciæ.

Duella pendet scrupulos octo, seu duas sextulas, cum sit tertia pars vncię.

Vncia est duodecima pars libræ,pẽdet autem drachmas octo,seu scrupulos uigintiquatuor, grana uero quingenta septuaginta sex.

Deunx pendet vncias vndecim: est enim reliqua pars libræ,cui detracta sit vncia vna.

Sextans pendet vncias duas:est enim sexta pars integræ libræ.

Dextans pendet vncias decem: est enim reliquum libræ,cui desit sextans.

Quadrans pendet vncias tres,cũ sit quarta pars libræ unius.

Dodrans pendet uncias nouem, est enim reliquum libræ, cui desit quadrans.

Triens pendet vncias quatuor: est enim tertia pars libræ vnius.

Bes seu octunx pendet vncias octo,cum sit reliquum libræ,post detractum trientẽ.

Quincunx pẽdet vncias quinque quemadmodum

Septunx,reliquum uidelicet libræ,pendet vncias septem

Semis pendet uncias sex: est enim dimidium libræ vnius.

Pondo

Pondo particula alicui ponderis differentiæ iuncta, nil aliud significat, quàm eandem ponderis speciē, cui iūgitur. Vnde pondo unciæ sex, pondo drachmæ quinque, pondo libræ centum, nil aliud significant, quam uncias sex, drachmas quinque, & libras centum.

Pondo particula absolutè sumpta libram significat.

Mina apud Atheniēses ante Solonem fuit drachmarum septuaginta quinque, post Solonem, drachmarum centum: & hanc uocant aliqui minam Græcam.

Mina apud Alexandrinos fuit drachmarū centum & sexaginta: & aliqui ponunt talem etiam Romanam.

Mina Italica apud aliquos, sicut & mina Ptolemeica, ponitur unciarum decem & octo, quæ sunt drachmæ centum & quadraginta quatuor.

Mina absolutè posita, ut plurimum intelligitur unciarum sexdecim, quæ sunt drachmæ cētum & uiginti octo, & aliqui ponunt talem fuisse Aegyptiam.

Talentum (loquimur tantum de Attico) paruum constabat minis sexaginta.

Talentum magnum constabat minis octuaginta, quæ si pendent centenas drachmas, pendet & ipsum drachmis octomillibus.

Mensuræ Romanæ.

COchlearium (ut minores eo mensuras nũc prætereamus) est quarta pars cyathi.

Vinum album & defecatum, uel aqua pluuia pura, quæ implendo cochleario satis sit, si lance appendatur æquabit obolos uiginti, quæ sunt drachmę tres, & tertia pars quartæ, quo pacto intelligemus & reliquarum mensurarum pondus, referri uidelicet ad aquam puram, uel uinum album defecatum, & purum, quod satis sit implendæ mẽsuræ, de qua agitur.

Cyathus est duodecima pars sextarij, capit cochlearia quatuor, pendet tredecim drachmas, & obolos duos.

Acetabulum est octaua pars sextarij, capit cyathum unum & semis, seu cochlearia sex, pendet uero drachmas uiginti.

Quartarius quarta pars sextarij, capit cyathos tres, seu cochlearia duodecim, pendet drachmas quadraginta, seu, quod idem est, uncias quinque.

ęmina medietas sextarij capit cyathos sex, pendet uncias decem.

Sextarius, qui est sexta pars congii, capit cyathos duodecim, pendet uerò uncias uiginti.

Congius, qui est quarta pars urnæ capit

ſextarios ſex, pendet libras decem.

Modius quo ad continétiam, eſt tertia pars amphoræ, capit congios duos, & duas tertias, ſeu ſextarios ſexdecim, pendet libras vigintiſex, & uncias octo.

Vrna medietas amphoræ, capit ſextarios uigintiquatuor, ſeu modium unum, & ſemis, uel quatuor congios, pendet libras quadraginta.

Amphora, quæ &

Quadrantal Romanis dicitur, eſt uigeſima pars culei, capit urnas duas, ſeu congios octo, uel ſextarios quadraginta octo, pédet libras octuaginta.

Culeus demum, qui eſt capaciſſima omnium Romanorum menſurarum, capit amphoras uiginti, pendet libras mille ſexcentas.

Menſuræ Græcæ, quæ ſunt in triplici differentia. ſunt enim Atticæ omnium minimæ, quæ & medicæ dicuntur. Georgicæ omnium maximæ, & Hippoiatricæ, ſeu ueterinariæ, inter illas ferè mediæ.

COchlearium (ut & in Græcis ab hac menſura incipiamus, ut fecimus in Romanis) eſt decima pars cyathi. Atticum pendet drachmam unam, & grana octo. Hippoiatricum, drachmam unam, obolos duos, grana decem, & duas tertias undecimi. Georgicum drachmam

unam & obolos quatuor.

Chemæ eſt quinta pars cyathi, continet cochlearia duo: Pẽdet Attica drachmas duas, obolum unum, & grana quatuor. Hippoiatrica drachmas duas, obolos quinque grana nouem, & partem tertiam decimi. Georgica drachmas tres, obolos duos.

Myſtrum eſt quarta pars cyathi, continet cochlearia duo, & ſemis. Atticum pendet drachmas duas, obolos quatuor, & grana octo. Hippoiatricum drachmas tres, obolos duos, grana decem, & duas tertias vndecimi. Georgicum drachmas quatuor, obolum unum.

Concha eſt ſemicyathus capit myſtra duo, vel cochlearia quinque. Attica pendet, drachmas quinque, obolos tres, & grana quatuor. Hippoiatrica drachmas ſeptem, obolos duos, grana quinque, & tertiam partem ſexti. Georgica unciam unam, & obolos duos.

Cyathus duodecima pars ſextarij continẽs conchas duas. Atticus pẽdet drachmas undecim, & grana octo. Hippoiatricus drachmas quatuordecim, obolos quatuor, grana decem, & duas tertias undecimi. Georgicus uncias duas, & obolos quatuor.

Oxybaphus octaua pars ſextarij, continet cyathum unum, & ſemis. Atticus pẽdet vncias duas, & obolos quatuor. Hippoiatricus

tricus uncias duas, drachmas ſex, obolũ unum,& grana quatuor. Georgicus uncias tres, & drachmam unam.

Semicotylium uel quartarius quarta pars ſextarii, continet oxybaphos duos, uel cyathos tres. Atticũ pendet uncias quatuor,& obolos octo. Hippoiatricum uncias quinque, drachmas quatuor, obolos duos,& grana octo. Georgicum uncias ſex, & drachmas duas.

Cotyle, quæ & Trebilium,& Attica hęmina eſt medius ſextarius continens duos quartarios. Attica pendet uncias octo, drachmas duas,& obolos quatuor. Hippoiatrica uncias undecim, obolos quinque,& grana quatuor. Georgica libram unam, & unciam mediam.

Xeſtes congii pars ſexta continens cotylas duas. Atticus pendet uncias ſexdecim, drachmas quinque,& obolos duos. Hyppoiatricus uncias uigintiduas, obolos decem,& grana octo. Georgicus uncias uigintiquinque.

Chænix (licet ſit menſura aridorum tantum) eſt quarta pars chois, capiens cotylas tres. Attica pendet uncias uigintiquinque. Hippoiatrica uncias trigintatres, duas drachmas, & obolos quatuor. Georgica uncias trigintaſepté, & ſemis.

Chos ſeu congius, eſt duodecima pars Merretis, ſeu ceramij, quæ dicitur etiam amphora attica, capiens ſextarios ſex,

ſeu chęnices quatuor, Atticus pendet vncias centum. Hippoiatricus libra vndecim, vnciã vnam, & obolos ſexdecim. Georgicus libras duodecim, & ſemis.

Medimnus aridorum, ſicut cadus liquidorũ qui dr̃ ẽt Metretes, & amphora attica, capit xeſtes ſeptuaginta duos, uel chænices quadraginta duos, uel chænices quadraginta octo. Atticus pendet libras cẽtum & trigintatres, & uncias quatuor. Ceorgicus uero libras 150.

Artaba menſura Aegyptia.

Quòd ſi uelis liquidorum iuxta põdus ſcire dimenſionem exemplo deſſumpto ab oleo, melle, & uino, ſcire debes, quòd mel grauius eſt uino tertia parte, vinum uero nona parte oleum ſuperat. Mel autem ad oleum dimenſum, dimidia eius parte ponderoſius exiſtit, & ſic mel ſuperabit oleum dimidia parte, ut gratia exempli, ſit menſura olei lib. nouem. Illa vini erit lib. decem, & illa mellis erit lib. tresdecim dimidia. Et hanc proportionem ſeruare debes in cæteris alijs liquidorum dimenſionibus.

Medicamenta ſubſtituta.

Pro Acacia — Hypociſtis, aut luccus foliorum rois

Amaraco & pro maro. Vtraque maiorana

latior videlicet, & tenuior. Pro maro, etiam sisibrium ex Dioscoride.
Amomo. Acorus qui est calamus, Aromaticus vulgaris.
Aspalatho. Agallocum, aut vbi in eodem medicamento, alias recipitur agallocũ, lignum guaiacum, aut viticis semen.
Been albo. Radices minoris phu.
Rubro. Radices tormentillę.
Vtroque. Tantum horminij, aut eius dimidium linguæ auis.
Bolo armena. Bolus armenus, orientalis vulgaris, quæ verè est terra lemnia.
Calamo odorato uero. Angelicæ radices, uel acorus verus, idest calamus vulgaris sed in minori quantitate.
Cardamomo. Cardamomum vulgare maius.
Carpobalsamo. cubebæ uulgares contentæ in siliquis, licet ipsę forte non sint verę.
Cinabari Gręcorum. Sanguis draconis in lacryma, quia ipse est vera cinabaris: si uerò hæc lacryma desit, substituatur lapis hæmatithes.
Cinnamomo uero (quod inter canellam selectiorem etiam nunc reperitur aliquando) Duplum ipsius canellæ
Cocco infectorio seu
Chermes arabum. Grana tinctorum.
costo. Radices Angelicæ in maiori dosi, aut uulgaris Zedoaria.

Cubebis. Vulgares cubebæ contentæ in siliquis: ipsę enim non sunt ueræ cubebę.

Doronicis. Caryophylli in minori quantitate, ideſt duæ tertiæ partes.

Glaucio. Quod apud Aromatarios aliquos habetur aduectum ex Syria: quod autē factū eſt apud nos reijciatur, quia eſt ex chelidonio herba calida expreſſum.

Hermodactylo. Agaricus, uel ſemen Ricini.

Lapide armeno. Lapis armenus, ex metallorum fodinis Germaniæ, è la rocha del le turchine.

Lapide Phrygio. Marcheſita.

Lybiſtico. Quod nuper cognoſci cæpit, aduectum ex montibus Liguriæ, non autem uulgare liuiſticum, quod Hipposelinum creditur eſſe.

Lyncis lapide. Lapis Iudaicus.

Pro Licio. Rhois decoctum in uaſe æneo ad mellis craſſitiem.

Malabathro. Nardus indica, ubi autem in eodem medicaméto alias recipitur hæc nardus, ponatur nardus celtica pro Malabahtro.

Meo. Radices Cyperi, uel radices Imperatoriæ.

Mumia. Aſphaltum pice mixtum, uel piſſaſphaltum in exterioribus. Intrinſecus autem myrrha cum rubia.

Nitro. Sal purgatus, & uſtus.

Oleo ſeſamino. Oleum Amygdalarum dulcium

dulcium, uel oleum oliuarum dulcium lotum pluries.

Opobalſamo. Oleum ex ſeminibus citri, aut balſamum occidentis, non autem balſamum factitium uulgare ex multis compoſitum. Oleum ex caryophylis, vel ex nuce myriſtica, non multum uidentur diſtare a balſamo.

Oſſe de corde Cerui. Cornu Cerui uſtum non uulgare, quod adulterinum eſt.

Petroſelino Macedonico. Petroſelinum uulgare.

Seſeli maſſilienſi Verum Siſer montanum.

Siſoni uel Siſonis. Semen Dauci.

Smyrnio. Vocati Macerones.

Spodio. Ebur uſtum intrinſecus, extrinſecus uerum ex fodinis erutum, ut in compoſitionibus Grecorum.

Struthio. Veratri nigri radices.

Xylobalſamo. Agallocum, uel ramuſculi garyophyllorum, qui uulgo dicuntur fuſti, ſi medicamentum alias agallocum recipiat.

Barbarorum nominum expoſitio.

ABen idem quod chiſt
Acſathi } ſextarius.
Acſuſi
Acſuneſi } Acetabulum.
Adar. uncia:

Agrimonia. uulgare Eupatorium Græcorum.
Alchi. Drachma.
Alchilati. Ceratium.
Alhemen } Mina.
Alheminon
Aldurach. Pondus librarum trium si ponatur absolutè.
Alchautus Cyathus.
Alcoanus Duella.
Alcanzuber. Cynoglossa,
Aldarach Italicum. Amphora Italica.
Almunesi Cyathus.
Alzanach glutinis. Visci aut ichtyrocolla.
Alsatil. oncia.
Anthosath. Obolus.
Antali. Porcellette marine.
Arme. Scrupulus.
Assabapha. Nux.
Assathis. Vncia.
Atthogochillos. Drachma.
Auguen. Vncia.
Aureus. Scrupuli quatuor.
Autulus. Ceratium.
Bachates paruæ. Drachmæ quinque.
Bachila } Balanus.
Bachileon
Balsamita. Sisymbrium.
Bardana. Arcion personata.
Batolata. Herba sanctæ Mariæ amara.
Baurach. Nitrum.

Bedeguar. Spina alba.
Ben. Glans myrepſica.
Betheca. Anguria, ideſt cucumer uulgaris.
Bimaſui. Drachmæ quinque.
Blattbebizantiæ. Vnguis exquiſitè boni odoris.
Bondachate. Drachma.
Borax. Chryſocolla.
Branca Vrſina. Acanthus.
Briala. Cyathus.
Burungi. Doronicum.
Calaminaris lapis. Cadmia foſſilis.
Chalix. Phiala media.
Canor. cyathus.
Carnæbaaium. carui ſemen.
Cathenghit. Ebulus.
Cerates. Semiobolus.
Cetquach. Aſplenum.
Carabe. Succinum.
Cheiſim. Imperatoria.
Chermes. Coccus infectorius.
Cherua. Ricinus, minor latyris.
Cheſmès. Paſſulæ ſine arilis.
Chenica. chenix.
Choenuſum. cyathi duo.
Colananos cochlearium.
Cotzumbri. Styrax calamita.
Condiſi Struthium.
Criſpula. } Buphthalmus.
Cotula non fœtida }
Cuabium. cyathus.
Dumulus. Obolus.

Cherfe. Cinnamomum craſſius.

Daguanith
Danich } ceratia duo.

Darchimi
Darchimiæ } Drachma.

Darſeni. Cinnamomum.

Dentali. Conchylia marina, quæ uulgo porcellette dicuntur.

Derach Italica
Duruch Italicum } Amphora.

Eberie
Euib } Sextarius Romanus.

Emphiſtides. Succus foliorum, & florum ciſti, ſeu barbę hircinæ.

Entali. Porcellette marine uulgò uocatæ, quæ conchilia marina ſunt ferè minima.

Eupatorium Auicennæ. Eupatorium vulgare foliis cannabinis.

Eupatorium Meſues. Ageratum Dioſcoridis.

Exagium. Scrupuli quatuor.

Eaclanarium
Falgerim } cochlearium paruum

Fahaliel. cochlearium minimum.

Gerſa. Ceruſſa.

Gerſa ſerpentaria, Ceruſſa ex radicibus ſerpentariæ, ideſt radices Ari, uel ſerpentariæ præparatæ.

Gormin
Guanthus } Scrupulus.

Harmel. Semen rutę ſylueſtris.

Herba

Herba crassula. Semperuiuum utrumque.
Herba moschata. Geranium latinorum apud Plinium.
Herba uenti. Non una est, & in diuersis medicamentis diuersæ herbę pro ea sumédę sunt.
Heyl:. Cardamomum maius.
Iohem. Congius.

Rararith }
Rerath } Ceratium.

Rermeth Scrupulus.
Restuph Calcus.
Risth. Sextarius.
Lacca. Cancamum.
Lingna auis. Semen fraxini.
Luf. Serpentaria.
Missohaos. Semicongius.
Nabach. Drachma.
Neremisch. Semen aut flos peoniæ.
Nigella citrina. Melanthii species habentis semen citrinum.

Ologinath }
Onolos } Obolus
Onolosat }

Ominos. Mina.
Osmacti. Mystrum.
Philosandix. Cerussa usta.
Saccharum tabenzeth. Saccharum, purius.
Sacraiathi. Pondus est drachmarum uigintiquinque.
Sacros. Vncia.

Sauich.

Sauich. Hordeum confractum.
Sandali Nazzambari. Sandali citrini, ſeu Sandali odorati.
Scatuncelus. Cotyledon.
Scebra
Scobran } Eſula.
Sceitaragi
Seitaragi } iberis ſeu lepidium.
Sedenegi. Lapis hęmatithes, ſeu ſemen cānabis, aut fumariæ.
Secacul. Paſtinaca agreſtis.
Secaniabin. Syrupus acetoſus.
Semina pellicini. Semina ſunt plantæ Plinianæ.
Seminen
Seminet } Obolus.
Semiuntia. Drachmæ quatuor.
Sextarius Arabicus. Semuncia.
Siracop. Manna.
Sucahar. Spina arabica.
Terraſtella. Talchus.
Taraxacon. cichori ſpecies ſylueſtris altera, nempe latiorum foliorum, & hirſutorum.
Tereniabin. Mel roſcidum ſiue aereum.
Tuſſuc
Tuſſurig } calchus.
Zurumbeth. Species Zedoariæ.
Zinia Viride æris.

De conditis.

MVlta sunt, quæ â pharmacopœis condiri solent, flores, fructus, herbæ, radices, cortices: aut ut palato gratiora sint, aut ut diutiùs adseruentur. Horum nonnulla in usum tantum medicinæ utilia sunt, alia ad obsonatricem pertinēt: de illis itaque paucis agendum est, ne quidquam in componendis medicamētis desideretur.

De conseruis, & condiendis floribus.

PArantur ex floribus, aut herbis conseruę hoc pacto. Primò pręcisis florum vnguibus, si qui sint, in umbra modicè siccantur, conciduntur, aut in mortarium coniecti tunduntur exactissimè: tusis, uel concisis triplum saccharum adiicitur, simul utraque diligenter tunduntur, & commiscentur, postea in uitrea, uel uitreata, & densata uasa reposita soli exponuntur exsiccanda. Cauendum autem ne in ipsa fermentatione intumescentes diffluant, quod in floribus borraginis, & buglossi solet euenire plerunque. Id autem præcauetur, si uasa ad summum non impleantur.

Eadem

Eadem ratio est, & si ex folijs herbarum conseruas efficias.

De floribus rosmarini condiendis.

EX floribus autem rosmarini conserua efficitur sic. Primò saccharum vltra syrupi consistentiam coquitur: in id flores tusi conijciuntur, & simul aliquandiu super prunas commiscentur; nam aliàs ob siccitatem non facilè cum saccharo coalescunt.

Florum saluię eadem fere ratio est.

De condiendis radicibus recentibus.

RAdices si recentes sint, & uirides, abrasis priùs internis filamentis coquãtur; donec mollescant; ut Iringij, cichorij, buglossi, nimpheę, helenij, deinde aeri expositæ leuiter resiccentur, in aere a se mutuò seiunctę; postea syrupo affuso condiantur. Quantitas syrupi tegendis radicibus idonea sit.

Eadem quoque condiendorum corticum ratio est.

De Condiendis radicibus aridis.

SI radices aridæ sint, ut Zingiberis, acori, calami aromatici, & similium, detracto priùs leuiter externo cortice, in a-

cerrimo lixiuio macerentur, dum molles euadant, deinde pura acqua frigida subinde mutata perfundantur, & abluãtur donec contracta ex lixiuio acrimonia, & lentor omnino recesserint, tum leuiter coquantur, ut molliores fiant, postea exsiccentur, & dilutiore syrupo frigido condiantur, altero, uel tertio die, rursus idem syrupus coquatur ad crassiorem consistentiam, vbi refrixerit superfundatur. Tertio, uel quarto postea die, vná cum syrupo coquantur ad iustam consistentiam. Sunt qui aridas radices, & fructus ut molles reddantur a se distinctas in arena sepeliunt, aquã effundunt frequenter. Quarto quoque die arenam mutant; dum tumeant, & mollescant, tum acqua pura perfundunt, & abluunt.

Alij in lixiuium calcis etiam modicum inijciunt, vt acrius reddatur.

Alij alio modo idem pręstãt, uerum prior elegantior, & facilior est.

De condiendis fructibus.

IN condiendis fructibus hæc primum ratio seruanda est, si molles, & aquosi sint, vt cerasa, pruna, & similes antequã ad perfectam maturationẽ peruenerint, auellendi, & saccharo, vel melle clarificato, & cocto ad ad iustam crassitudinẽ

per-

perfundendi, & condiendi. Si duri ut meſpila, cotonea, pyra, non priùs condiendi, quàm integram maturitatem adepti fuerint.

De condiendis myrobalanis.

COndiuntur myrobalanorum duæ ſpecies, præcipue, chebulorum, & emblicorum. Condiuntur autem ſicci hoc pacto. Ante omnia ſtylo vndequaq; transfiguntur, aut compunguntur, mox in aqua ſoli expoſita quotidie mutata macerantur, donec intumeant, & molles euadant; tum in ſaccharum multa acqua diſſolutum, & clarificatum frigidũ merguntur. Secundo poſtea, aut tertio die extrahuntur, ſaccharum iterum cõquitur ad iuſtam craſſitudinem, refrigeratumque denuo ſuperfunditur, demũ tertio, uel quarto die eodem ſaccaro incoquuntur leuiter, & in uitreato uaſe reconduntur.

Sunt qui contractum humorem aqueum priùs iubent exſiccari, vbi in acqua pura macerati tumeãt, & moles euaſerint. Exſiccantur autem in aſſere, aut in cribro, in aere diſpoſitis, deinde ſaccharo condiuntur. Sunt etiam qui ſtylo perforatos ſtatim in acqua pura decoquant, ut molleſcant.

Alij lixiuio macerant, aut in arena ſepeliunt, ut de zingibere dictum eſt.

Citriorum

Citriorum condiendorum ratio.

LIguntur matura, grandiora,& in fru
ta ſecantur iuſtæ magnitudinis, tum detracto externo cortice,& ſuccoſa parte, macerantur in acqua pura, quotidie mutatà diebus quinque;, deinde coquũtur dum molleſcant, mox ablata, & in cribro diſpoſita, aeri exponuntur, donec conceptus humor effluat, tum ſaccharum larga aqua diſſolutum, & clarificatur ſuperfunditur. Tertio poſtea die rurſus coquitur ad iuſtam conſiſtentiã iulebi, & ſuperfunditur. Quòd ſi dilutius poſtmodum euadat, lento igne ſaccharo incoquuntur, ad conuenientem ſpiſſitudinem.

Nonnulli a principio aquæ incoqui iubẽt deinde ſaccharo condiri.

Alij quatuor prioribus diebus dum in acqua macerantur, aquæ ſalis aliquid iniiciunt.

Cortices citriorum malorum quomodo condiantur.

CItriorum maiorum cortices a carne purgati, in acqua. aut lixiuio tamdiu macerandi, dum amaritudinem depoſuerint, & dulcorem contraxerint; tum lixiuij acrimonia purgãda, multa aqua

frigida

ſrigida pura, deinde coquendi, uſque dum molleſcant, poſtea aeri exponendi in cribro diſpoſiti, ut aqueus humor effluat; deinde ſaccharum tripla aquę menſurę diſſolutum, & clarificatum ſuperinfundendum. Rurſus ſecundo, aut tertio die ſublatis corticibus coquendum ad conuenientem ſyrupi craſſitudinem; vbi refrixerint ſuperfundendum, poſtremò ubi in illo ſyropo diebus tribus, aut quatuor cortices maduerint, cum eo leuiter coquendi, dum aqueus humor prorſus abſumptus ſit.

De nucibus iuglandibus condiendis.

NVces iuglandes nondum maturæ colligendæ, diebus nouem, aut decem in acqua pura bis quotidie, ter, vel quater mutata macerãdæ. Verum exterior cortex priùs leuiter auferendus eſt, & nuces tenui ſtylo iuxta longitudinem, & latitudinem transfigendæ, vbi uero amaritudinem depoſuerint, in acqua coquendæ, dum molleſcant, poſtea leuiter reſiccandæ, tum foramina caryophyllis, & cinnamomo implenda, in lõgas feſtucas conciſo: poſtremo affuſo ſyrupo tepido aſſeruandæ. Cauendum autem ſummopere eſt, ne calidior ſyrupus affundatur. nam alioquin contrahuntur, & corij inſtar tenaces euadunt,

posteriùs ubi syrupus aquosior redditus est, ne fructus corrumpantur, rursus exemptis nucibus, ad conuenientem crassitudinem coquatur; & ubi refrixerit, superfundatur. Idem tertio faciendum, si dilutior uideatur.

De cotoneis condiendis.

ELiguntur cotonea grandiora, matura non putrida, detracto cortice secãtur in frustra, semina, & membranæ, in quibus continentur, abijciantur: mox in aquam frigidam merguntur, ne atrum colorem contrahant; postea coquantnr in saccharo multa aqua dissoluto, & clarificato, donec dissolui incipiant; tum amouentur, saccharum, ulterius coquitur, & ubi refrixerit, superfunditur, altero, aut tertio postea die leuiter eodem saccharo incoquuntur, dum aquosus humor prorsus absumptus sit, tum moscho non nulli aromatizant, postea in uase uitreato reponunt, eodem saccharo contegũt.

Diacydonium simplex, quo frequenter utimur.

COtonea mala primum in frusta secantur ab externo cortice, & seminibus purgantur, coquuntur in pari sacchari quantitate, quod priùs in syrupi seu Iu-

ibe

leb longum ſolutum ſit, ubi iam ferè integram coctionem adepta fuerint,& ruborem cõtraxerint, ab igne depoſita in minimas particules diuiduntur, & denuo coquuntur, donec abſolutam coctionem nacta ſint, leuiter ſubinde agitando, ne fundo uaſis adhæreant, aut ruber color in album degeneret. Quod ſi colorem rubicundum non ſatis contraxiſſe uideantur, inſperſa aqua pura, aut ſucco cotoneorum, feruor ſiſtendus eſt, & coctio producenda, ut interea conueniens rubor acquiratur. Iuſta uerò coctio deprehenditur, ſi guttæ aliquot in lancem proiectæ, refrigeratæ, lanci non adhæreant.

Sunt qui moſcho miſto odoris gratiam cõciliant, admiſcetur autem cum primum ab igne depoſita in minutas partes diuiduntur.

Diacydonium tenuius, quod gelu cotoneorum uocatur.

SVmantur ſacchari optimi libræ duæ, modica aqua clarificentur, coquantur ad iuſtam conſiſtentiam, adde decoctionis cotoneorum libras duas, ſucci recentis, & purgati libram mediam, carnium cotoneorum in aqua coctorum, & per cerniculum excretorum. an. libram mediam, uel uncias quatuor, ſi molliùs effi-

cere desideras; coquantur simul in conuenientem modum, & in uasa proba recondantur; aut in uarias formas impressas, calens iniectum effingatur. Alij neque succum, neque tantam decocti quantitatem saccharo inijciunt, sed id palato gratius, vētriculo inutilius est.

Diacydonium Galeni.

ACcipe succi malorum cotoneorum, quę dulciora, maioraque, & minus acerba sint, sextarios duos, idest libras tres, & uncias quatuor: Mellis optimi sextarios itidem duos, hoc est libras quatuor & semis. Aceti sextarium vnū & semissem, qui pendet libras duas, & vncias tres, hæc cum super prunas modice coxeris immittes zingiberis vncias tres, piperis albi, uncias duas, dein in simili igne recoques, donec sit melis crassitudo. Eadem ferè est ratio si ex saccharo parari desideres.

Diacydonium solidum.

SVmatur sacchari optimi pulucrizati, & per cerniculum excreti libra vna Carnium cotoneorum, quæ elixatæ in aqua purissima, & per cerniculum transmissæ sint, libre duę, commisceantur simul, & coquantur ad iustam consistentiā, & dū

vaſi nõ adhæreant, dein in lances, vel tabulam marmoream puluere ſacchari conſperſam, vel oleo amygdalarum dulcium recenti illitam, eijciantur, in fruſta ſecentur, poſtremo in ſole, aut hypocauſto ſiccentur. Eadem ratione e perſicis, aut malis parabitur.

Antidota aromatica.

Aurea Alexandrina.

Recipe Aſari.
Carpobalſami, vel potiùs cubebarum.
Seminis hyoſcyami albi.
an. drach. duas, & ſemis:
caryophillorum.
Opij.
Myrrhæ.
Cyperi. *an drach. duas.*
Balſami, uel olei è nuce myriſtica, ſeu è caryophyllis.
Cinnamomi.
Folij, aut in eius locum ſpicæ celticæ.
Zedoariç.
Zingiberis.
Coſti.
coraliorum rubrorum.
Caſſiæ ligneæ.
Euphorbij.
Tragacanthæ.

Thuris
Mei.
Styracis calamitę.
Saluiæ.
cardamomi minoris.
Sefeleos.
Sinapis.
Radicis ſaxifragiæ.
Aniſi.
Anethi *an.Drach. unam.*
Xyloaloes.
Rhabarbari.
Aliptæ moſchatæ.
Caſtorei.
Spicæ nardi.
Galangæ
Opoponacis.
Aanacardij preparati.
Maſtiches.
Sulphuris uiui.
Radicis pæoniæ.
Eringij.
Roſarum rubrarum.
Thymi.
Acori.
Pulegij.
Ariſtolochiæ longæ
Gentianæ.
Corticum radicum mandragoræ.
Chamedryos.
Phu.
Baccarum lauri

Ameos
Dauci cretici.
Piperis longi.
Piperis albi.
Xylobalſami, uel ramuſculorum caryophy lorum.
Carui.
Amomi.
Seminum petroſelini.
Liguſtici.
Rutæ.
Seminum ſinonis, uel potius ſem. Dauci. *an. drach. mediam.*
Fol. auri purificati.
Fol argenti meri.
Margaritarum prepar.
Blattæ bizantiæ.
Oſſis è corde cerui, uel potius cornu cerui vſti. *an ſcrup. vnum gran. tredecim.*
Limaturæ eboris.
Calami aromatici.
Pyrethri. *an. gran octo.*
Terantur in tenuiſſimum puluerem, & excipiantur melle triplo, & fiat electuarium ex arte.

Athanaſia.

Recipe cinnamomi.
Caſſiœ ligneæ. *an. drach. tres, & gran. octo.*
Croci.
Schoenanthi.

Styracis

Styracis calamitæ.
Phu.
Seſelcos.
Betonicæ.
Sem. hyoſcyami albi.
Apii.
Aniſi.
Dauci.
Opii. *an. drach. unam, & ſemis, & gran. tria.*
Spicæ nardi.
Folii, uel potius ſpicæ celticæ.
Caſtorei.
Myrrhæ.
Lapidis hæmatitis.
Sanguinis draconis.
Coraliorum rubrorum
Mumiæ.
Coſti.
Bol. armeniæ oriental.
Charabæ.
Conſolidæ maioris.
Terræ lemniæ.
Aſari.
Acori.
Corticum rad. mandragoræ.
Polii.
Baccarum lauri.
Mei, uel radices cyperi.
Piperis longi.
Piperis albi.
Seminis petroſelini. *an. drach. ſemis.*

Mellis despumati. *Quadruplum, confice electuarium, ut artis est.*

Antidotum Hemagogum.

RECipe Lupinorum. *drach. duas.*
Piperis nigri. *drach. unam, scrup. duos, & gran. sex.*
Glycyrrhizæ. *scrup. quatuor.*
Aristolochiæ longæ.
Artemisiæ.
Cassiæ ligneę.
Macedonici.
Pyrethri.
Sem. rutæ.
Spicæ.
Myrrhæ.
Pulegij. *an. scrup. duos, & gran. quatuordecim.*
Sem. apii.
Sabinæ. *an. scrup. duos, & gran. tredecim.*
Centaureæ maioris.
Dauci cretici.
Nigellę.
Sem. Sinonis, uel sisonis, uel sem. Dauci.
Sem. Anisi.
Caryophyllorum.
Aluminis liquidi, uulgo Roche dicitur. *an. scrup. duos.*
Fol. Lauri. *scrup. unum, & semis, & gran. tria.*
Xylobalsami, uel xyloaloes. *scrup. unum, & gran. quatuordecim.*
Schoenanthi. *scrup. unum, & gra. tredecim.*

Aſari.
Acori.
Amomi.
Pęoniæ.
Centaureæ minoris.
Sem. atriplicis.
Sem. Marathri *an. ſcrup. unum, & gran. ſex.*
Cyperi.
Helenii.
Zingiberis.
Radicum capparorum.
Cumini.
Orobi. *an. ſcrup. unum.*

Trita omnia in tenuiſſimum puluerem excipiantur mellis quadruplo, & conficiatur electuarium ex arte.

Confectio Alchermes.

Recipe ſerici crudi, & aquam adhuc non experti. *unc. quatuor.*

Macerantur in

Aqua roſarum.
Succi pomorum dulcium uulgo Appiorũ. *an. lib. una & ſemis.*

Horis uiginti quatuor, deinde bulliant modicè lento igne, & exprimantur ualide, in quo liquore bulliant lento igne.

Grani tinctorii unlgo chermes uocati. *unc. tres.*

Vbi decoctum rubeat, coletur, & in eo diſſolue.

Sacchari albi optimi quod è Medera ad-

uehitur. *lib.unam & semis.*
Coquatur ad mellis consistentiam, remoue ab igne, & antequam frigescat adde.
Ambræ griseæ minutim incisæ, seorsim ex modico supradictæ decoctionis calentis solutæ. *unc. mediam.*
Lapidis lazuli loti, & præpar. *unc.unam, & semis.*
Ligni aloes crudi, & non adulterati.
Cinnamomi crassi optimi. *an.drach.sex.*
Margaritarum præparatarum. *drach. duas.*
Foliorum auri. *drach.unam.*
Moschi seorsum cum modico sacchari puluerizati.scrup.unum.
Confice electuarium ut decet.

Confectio Anacardina.

Recipe Anacardi præpar.
Costi.
Melissæ.
Baccarum Lauri.
Sacchari albissimi. *an.drach.sex.*
Cyperi. *drach.quatuor.*
Piperis nigri.
Piperis longi.
Myrobalanorum Chebularum.
Emblicarum.
Belliricarum.
Indarum.
Castorei. *an. drach duas.*
Anacardi per se terantur, deinde alia, tum omnia

nia excipiantur butyri uaccini portione una, & mellis despumati tribus simul coctis, ita ut mellis, & butyri quantitas sit quadruplę ad pulueres.

Dianthon.

RECipe florum rosmarini. *unc. unam.*
Violarum.
Rosarum rub.
Glycyrrhizæ. *an. drach. sex.*
Caryophyllorum.
Spicæ nardi.
Nucis moschatæ.
Galangæ.
Cinnamomi.
Zingiberis.
Zedoariæ.
Macis.
Ligni aloes.
Cardamomi.
Sem. Anisi.
Sem. Anethi. *an scrup. quatuor.*
Mellis *quantum satis est, fiat electuarium, uel pulueres per se diligenter reponantur.*

Fit etiam Dianthon simplex ex floribus rosmarini, & solo saccharo, & dicitur conserua anthon. Paratur autem ex triplo saccharo ad partem unam tusorum, uel concisorum florum, uel etiã quandoque integrorum frequentissimè Cęterum qui gulæ, & palato magis consulunt, quadruplum sacchari inijciunt.

Diacurcuma magna.

RECipe Rhabarbari.
Mei, uel rad. Cyperi.
Phu.
Spicænardi. *an. drach. ſex.*
Croci.
Aſari.
Sem. Petroſelini.
Dauci.
Aniſi.
Apii. *an. drach. quatuor.*
Scordii.
Scolopendrii, uulgo, cetrach appellati.
Succi Glycyrrhizę. *an. drach. duas, & ſemis.*
Coſti.
Myrrhæ.
Caſſiæ Ligneæ.
Schœnanthi.
Carpobalſami.
Rubiæ tinctorum.
Succi Abſinthii condenſati.
Succi Eupatorii condenſati Mes.
Opobalſami, uel olei Caryophyllorum. *an. drach. duas.*
Calami aromatici.
Cinnamomi. *an. drach. unam, & ſemis.*
Tragacanthæ. *drach. unam.*
Conſice electarum cum quadruplo mellis deſpumato, ut artis eſt.

Diaireos.

Recipe radicum Iridis. *unc. unam.*
Pulegii.
Hyssopi siccę.
Glycyrrhizæ. *an.drach.sex.*
Caricarum.
Passularum.
Carnium dactilorum. *an. drach. tres, & semis.*
Tragacanthę.
Pinearum.
Amygdalarum dul. mund.
Cinnamomi.
Zingiberis.
Piperis nigri. *an drach.tres.*
Styracis rubri electi quem calamitem uocant. *drach. duas, & scrup. unum.*
Mellis *despumati quadruplum. Confice electuarium ut decet.*

Diaireos simplex in Tabellis.

Recipe radicum ireos. *unc. unam, & semis.*
Sacchari candi.
Specierum diatraganthi frig. *an. drach. duas.*
Sacchari albi dissoluti in aqua aliqua pectorali stillatitia. *lib. unam.*
Concinnetur electuarium solidum per tabellas.

Dialacca magna.

RECIPE Laccæ ablutę.
Rhabarbari. *an. drach. tres.*
Spicæ nardi.
Mastiches.
Sem. Apii.
Schoenanthi.
Succi absinthii.
Succi eupatorii Mesues condensatorum.
Ammios.
Sabinæ.
Amygdalarum amararum mund.
Costi.
Myrrhæ.
Rubiæ tinctorum.
Sem. fœniculi.
Sem. anisi.
Asari.
Aristolochiæ rotundæ.
Gentianæ.
Croci.
Cinnamomi.
Hyssopi siccæ.
Cassiæ ligneæ.
Bdellij.
Cimarum iunci odorati. *an. drach. unam, & dimidiam.*
Piperis nigri.
Zingiberis. *an. drach. unam.*
Infunde bdellium, & myrrham in vino, cætera

tere,

tere, & confice electuarium cum melle despumato quadruplo.

Diasatyrion.

Recipe radicum satyrii recentis, & solidi.
Pastinacę satiuæ.
Eringii.
Nucis Indicæ.
Pinearum.
Sistaciorum. *an. unc. unam, & dimidiam.*
Caryophyllorum.
Zingiberis.
Anisi.
Sem. erucæ.
Lingua auis, quæ semen fraxini est. *an. drach. quinque.*
Cinnamomi.
Caudarum, & lamborum scincorum.
Seminum Bulbi. *an. drach. duas, & semis.*
Moschi. *gran. septem.*
Mellis optimi despumati *quadruplum ad reliquos pulueres.*
Conficiatur electuarium ex arte.

Electuarium è Baccis Lauri.

Recipe foliorum rutæ siccorum. *drach. decem.*
Sagapeni. *unc. semis.*
Oppopanacis. *drach. tres.*

Ammios.
Cumini.
Nigellæ.
Sem. Ligustici
Origani.
Carui.
Amygdalarum amarum.
Piperis nigri.
Longhi.
Mentastri.
Dauci.
Acori.
Baccarum lauri.
Castorei. *an drach duas.*

Terantur omnia in crassiusculum puluerem, & adiecto mollis puri tripelo, con fice electuarium vt artis est.

Iustinum.

Recipe cinnamomi.
Folij. vel potius spicæ celticæ.
Costi.
Spicę nardi.
Cassię ligneæ
Aristolochię rotundę, & longæ.
Helenij.
Hyssopi.
Pulegij.
Artemisiæ.
Rad pentaphylli.
Piperis albi.
Orobi.

Sem-

Sem. petroſelini.
Liguſtici.
Oluſatri.
Sem.urticæ.
Milij ſolis.
Saxifragiæ.
Baccarum lauri.
Baccarum iuniperi.
Sem aſparagi,
Seſeleos.
Anethi.
Rutę.
Citrij.
Aniſi.
Fœniculi.
Appij. *an. drach. unam, & mediam,*
Mellis. *deſpumati quadruplum Conſice electuarium, ut decet.*

Lithon Thrypton.

Recipe ſpicæ nardi.
Zingiberis.
Xylobalſami, vel yloaloes.
Acori.
Cinnamomi,
Peucedani.
Mei.i.Radicum Imperatoriæ.
Trium piperum.
Sadicum ſaxifragiæ. *an. drach. duas, & mediam.*
Opobalſami, vel olei è ſem.citri, uel è nu

ce myriſtica.
Caryophyllorum.
coſti.
Rhapontici.
Glycyrrhizæ.
Cyperi.
Tragacanthæ.
Sem. Oluſatri.
Chamedryos.
Sem. Apij.
Ammios.
Aſparagi.
Ocimi.
Vrticæ.
Citrij. *an. drach. unam & gr. quin decim.*
Folij, aut potius Nardi Indicę.
Croci.
Schœnanthi.
Caſsiæ ligneæ.
Bdellij.
Maſtiches.
Ireos.
Amomi.
Liguſtici.
Milij Solis.
Petroſelini Macedonici.
Seſeleos.
Sinonis, uel ſem. Dauci.
Cardamomi.
Anethi.
Euphorbij.
Lapidis lyncis.

Olei Nardini.
Olei Muſcellini, vel olei è nuce moſcata.
an. ſcrup. unum & gr. decem, & octo.
Mellis. *Quadruplum ad pulueres.*

Micleta.

RECipe Corticum myrobalanorum citrinarum.
Chebularum.
Emblicarum.
Belliricarum.
Indarum. *an. drach. duas, & ſemis.*
Seminum Naſturtij.
Cumini.
Aniſi.
Fœniculi.
Ammios.
Carui. *an. drach. unam, & ſemis.*
Primò omnes myrobalanorum cortices confracti, & reliqua integra modico aceto in ſperſa humectentur horis duodecim, deinde in uaſe uitreato exſiccentur, & torreantur, toſta pulueriʒentur, & manibus, oleo roſaceo omphacino illitis perfricentur, demum adde ſubſequentia.
Spodij.
Balauſtiorum.
Maſtiches.
Gummi arabici.
Sumach. *an. drach. unam, & grana quindecim.*

Omnia

Omnia postremo in puluerem redacta, syrupi myrtini quadruplo excipiantur, & conficiatur electuarium.

Philonium romanum Nicolai.

REcipe. piperis albi.
Hyosciami albi. *an. drach. quinque.*
Opij. *drach. duas, & semis.*
Casiæ lignee. *drach. unam, & semis.*
Sem. Apij.
Euphorbij.
Mirrhæ,
Castorei. *an. drach. unam.*
Petroselini macedonici.
Fœniculi.
Dauci cretici. *an. scrup. duos & gr. quinque.*
Croci *drach. semis.*
Spicęnardi.
Zedoariæ.
Pyrethri. *an. gran. quindecim.*
Mellis opti. despumati. *quadruplum, Confice electuarium.*

Philonium persicum.

REcipe piperis albi.
Hyoscyai albi. *an. drach. uiginti.*
Opij.
Terræ sigillatæ. *an. drach. decem.*
Lapidis Hæmatitis.
Croci. *an. drach. quinque.*

Casto-

Castorei.
Spicæ nardi.
Euphorbij.
Pyrethri.
Margaritarum.
Charabe.
Zedoariæ.
Doronici.
Troschicorum ramich. *an. drach. vnam.*
camphoræ. *scrup. unum.*
Mellis rosati optimi. *quadruplum, paretur electuarium, ut artis est.*

Philonium tarsense ex Galeno.

RECipe piperis albi.
Hyoscyami. *an. drach. uiginti.*
Opij. *drach. decem.*
Croci *drach. quinque.*
Pyrethri.
Euphorbii.
Spicæ nardi. *an. drach. unam.*
Mellis despumati *quadruplum.*
Confice electuarium, ut decet.

Requies Nicolai.

RECipe Rosarum rubur.
Violarum. *an. drach. tres.* Opij.
Sem. hyoscyami albi.
Sem. papaueris albi.
Corticum rad. mandragoræ.

Semi-

Seminum ſcariolę.
Lactucæ.
Portulacæ.
Pſyllij.
Nucis moſchatæ.
Cinnamomi. *an. Drach. vnam, & ſemis.*
Sandali albi.
Rubri.
Citrini.
Spodij.
Tragacanthę. *an. ſcrup. duos, & gran quinque*
Mellis. *optimi deſpumati quadruplum.*

Theriaca Andromachi, ex Galeno

RECipe trochiſcorum ſcylliticorum. *drach. quadraginta octo.*
Trochiſcorum è viperis.
Opij.
Piperis longi.
Hedicroi magnatis. *n. drach. viginti quatuor.*
Rad. Iridis illyricæ.
Roſarum rub. ſiccarum.
Succi glycyrrhizę.
Sem, napi ſatiui.
Scordij.
Opobalſami, uel balſami occidẽtalis, aut olei è ſem. citrij, vel è. nuce myriſtica.
Cinnamomi.
Agarici. *an. drach. duodecim.*
Myrrhæ.
Coſti.

Croci.
Caſſiæ ligneæ.
Spicæ nardi.
Schoenanti
Piperis nigri.
Piperis albi.
Thuris candidi.
Dictami Cretici.
Rhai pontici veri, aut rhabarbari electi.
Stoechędis arab.
Marrubij uirentis.
Petroſelini macedonici.
Calaminthæ.
Terebinthinæ legitimę.
Zingiberis. *an. drach. ſex.*
Radicum pentaphylli.
Polij montani.
Chamepythos.
Amomi.
Nardi celticæ.
Styracis calamitę.
Mei, uel rad. Cyperi.
chamędryos.
Phu.
Terræ lemniæ.
Folij Malabathri, aut potius macis.
Chalcithidis vſtæ.
Gentianæ.
Gumi harabici.
Succi hypociſthidis.
Carpo balſami. uel cubebarum.
Aniſi.

Seseleos.
Cardamomi.
Sem. fœniculi.
Acaciæ.
Seminum thlaspios.
Hyperici.
Ammios. *an. drach. quatuor.*
Sagapeni.
castorei.
Aristolochiæ tenuis.
Bituminis.
Dauci.
Opoponacis.
centaurii minoris.
Galbani. *an. drach. duas.*

Vini optimi antiqui, & generosi, & subdulcis, aut eius loco cretici subdulcis, liquandis succis, & gummis, & alioqui toto antidoto ex arte conficiendæ, libras tres, & trientem, seu uncias quadraginta.

Mellis. *optimi non recentis despumati, libras decem. Confice, ut artis est.*

Sedici ricette [illegible]

Mitridatium ex Democrate, carmine conscriptum.

Recipe Myrrhæ.
Croci.
Agarici.
Zingiberis.
cinnamomi.
Spicæ nardi.
Thuris.

Thla-

Thlaſpios. *an.drach.decem.*
Seſeleos.
Opobalſami, balſami occidétalis, uel olei è ſem.citri.
Iunci odorati.
Stęchados Arab.
Coſti.
Galbani.
Terebinthinæ legitimæ.
Piperis longi.
Caſtorei.
Succi Hypocyſtidis.
Styracis calam.
Opopanacis.
Folii malabathri, aut loco eius macis.
an. drach.octo.
Caſſię ligneæ.
Polii.
Piperis albi.
Scordii.
Dauci.
Carpobalſami, uel cubebarum.
Trochiſcorum cypheos.
Bdelij. *an.drach.ſeptem.*
Nardi celticæ.
Gummi arab.
Sem.petroſelini macedonici.
Opii.
Cardamomi.
Fœniculi.
Gentianæ.
Roſarum rub.

Dictami Cretici. *an. drach. quinque boni pon.*
Anisorum.
Aristolochiæ tenuis.
Iridis Illyricæ.
Acori.
Phu.
Sagapeni. *an. drach. tres.*
Mei, uel rad. cyperi.
Acacię, uel hypocisthidis.
Sem. Hyperici.
Ventris Scincorum. *an. drach. duas, & dimi-iam.*
Vini optimi, & odori, uel cretici subdulcis. *unc. uiginti.*
Mellis optimi despumati, *libras sex.*
Confice antidotum, ut decet.

Triphera magna cum opio Nicolai.

Recipe opii. *drach. duas.*
Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Galangæ.
Spicænardi.
Zedoariæ.
Zingiberis.
Styracis calamitæ.
Calami aromatici.
Cyperi.
Iridis Illyricæ.
Peucedani.
Acori.

Cortieum

Corticum rad. mandragoræ.
Nardi celticæ.
Rosarum rub.
Piperis nigri.
Sem. anisorum.
Apij.
Sem. Petroselini.
Fœniculi.
Sem. Olusatri.
Dauci.
Hyosc yami albi.
Cumini.
Hyssopi.
Ocimi. *ana drach. unam.*
Mellis despumati. *Quadruplum confice electuarium.*
Paratur etiam sine opio.

Tripbera minor.

Recipe Myrobalanorũ Chebularum.
Indarum.
Belliricarum,
Emblicarum.
Nucis moschatæ. *an. drach. quinque.*
Sem. Nasturtij.
Asari.
Origani.
Piperis nigri.
Thuris.
Ammios.
Zingiberis.
Fructus Tamarisci.

Spicænardi.
Schœnanthi.
Cyperi. *an. unc. mediam.*
Scoriæ ferri quinque diebus iu aceto maceratæ. *drach. uiginti.*

Myrobalani frigantur lento igne in butyro recenti. ita ut neque comburantur, neque aliquod butyri superſit. Scoria ferri primum aceto abluatur, vt ſi quid ineſt ſordium eluatur, deinde quinque diebus irrigetur, modico aceti, poſtea exſiccetur diligenter, tum in mortario porphyrite optimè teratur, & cum prædictis omnibus pauco olei amygdalarum dulcium inuoluatur, poſtremò omnia melle deſpumato quadruplo excepta moſchi. drachma una aromatizentur.

Species Aromaticæ.

Aromaticum Roſatum Gabrielis ex Meſue.

Recipe Roſarum rub. *drach. quindecim.*
Glycyrrhizæ raſę. *drach.. ſeptem.*
Cinnamomi. *drach. quinque.*
Ligni Aloes.
Sandali citrini. *an. drach. tres.*
Gummi arab.
Tragacanthæ. *an. drach. duas, ſcrup. duos.*
Macis.
Caryophyllorum. *an. drach. duas, & ſemis.*
Nucis moſchatæ.
Cardamomi.

Galangæ. *an. drach. unam.*
Spicęnardi.
Ambræ *singul scrup. duos.*
Moschi. *scrup. unum.*
Fiat puluis crassiusculus.

Diambræ.

Recipe Cinnamomi
Doronici.
Caryophyllorum.
Nucis moschatę.
Macis.
Folij. uel Nardi celticę
Galanghæ *an drach. tres.*
Sandali citrini.
Xyloaloes.
Piperis longi. *singul. drach. duas.*
Zingiberis. *drach. unam & mediam.*
Ambrę. *Aureum unum, hoc est scrup. quatuor.*
Spicæ nardi.
Cardamomi utriusq;. *an. drach. unam.*
Moschi. *drach. mediam.*
Conficiatur ex omnibus puluis tenuissimus.

Diamoschu dulce.

Recipe Margaritarum albarum.
Serici crudi diligenter exficcati, & minutim concisi.
Charabæ.
Coraliorũ rub. præpar. *an. dr. duas, & semis.*
Croci.

Croci.
Doronici.
Zedoariæ.
Xyloaloes.
Macis. *an.drach.duas.*
Galliæ moſchatæ.
Ocimi citriati.
Zingiberis.
Cubebarum.
Piperis longi. *an. drach. unam, & ſemis.*
Been albi, uel potius radicis minoris phu.
Beē rubri. uel potius radicis tormentillæ.
Folij, uel pro eo ſpicæ celticæ.
Spicę nardi.
Caryophyllorum. ſingul. *drach. unam.*
Moſchi. *ſcrup. duos.*
Miſce & ex omnibus fiat tenuiſſimus puluis.
Quod ſi amarū conficere velis, hæc p̄terea addito.
Aloes optimæ diligēter ablutæ. *dr. quatuor.*
Abſcinthij.
Roſarum rub. *an. drach. tres.*
Cinnamomi. *drach. duas, & ſemis.*
Caſtorei.
Liguſtici. *an. drach. vnam.*

Diacalaminthes Galeni.

Recipe piperis albi. *lib. duas.*
Sem. Liguſtici. *vnc. octo.*
Sem. apij.
Cimarum thymi. *an. vnc. duas.*
Calaminthę montanę.

Pulegij

Pulegij.
Petroselini.
Seseleos. *an. vnc. unam.*
Fiat puluis subtilissimus.

Diacalaminthes Nicolai.

Recipe calaminthę.
Pulegij.
Hyssopi.
Piperis nigri.
Seseleos.
Sem. petroselini. *an. drach. tres. scrupulos duos.*
Ligustici. *drach. vnam, & scrup. unum.*
Ammios.
Thymi.
Anethi.
Cinnamomi.
Zingiberis *an. scrup. duos.*
Sæm. Apij. *scrup. vnum.*
Terantur subtilissimè, & excipiantur melle quadruplo.

Diacuminum Mesues.

Recipe Cumini pridie in aceto, infusi, & exsiccati. *drach. decem.*
Zingiberis.
Ginamomi.. *an. drach. quatuor.*
Caryophyllorum.
Xyloaloes.
Macis. *an. drach. duas, & dimidiam.*
Galangæ.

Piperis longi.
cardamomi. *an. drach. duas.*
Moschi. *scrup. semis.*
Conficiatur ex omnibus crassiusculus puluis.

Diacuminum Nicolai.

Recipe Cumini præparati.
drach. octo, & scrup. unum.
Cinnamomi.
Caryophyllorum *an. drach. duas. & semis.*
Piperis nigri.
Zingiberis. *an. drach. duas, & gr. quinque.*
Galangæ.
Saturegiæ.
Calaminthæ. *an. drach. unam, & scrup. duos.*
Ligustici.
Ammios *an. drach. unam, & gra. decem, & octo*
Piperis longi. *drach. unam,*
Spicæ nardi.
Nucis moschatæ.
Cardamomi. *an. scrup. duos, & semis.*
Terantur in crassiusculum pulberem.

Diatrion sandalon.

Recipe Sandalorum omnium.
Rosarum rub.
Sacchari candi uiolati legitimi. *an. dr. tres.*
Rhabarbari.
Spodij.

Succi glycyrrhizę.
Sem. portulacę *an. drag. duas, & gr. quindecim*
Amyli.
Gummi arabici.
Tragacanthæ.
Quatuor seminũ frigidorũ maiorũ mund.
Sem. scariolæ. *an. drach. unam, & semis.*
Camphoræ. *scrup. unum.*
Omnibus rite contritis fiat puluis subtilissimus.

Diatrion pipereon simplex Galeni.

Recipe Trium piperum. *an. drach. quinquaginta,*
Zingiberis.
Anisi.
Thymi. singul. *unc unam.*
Terantur omnia simul in craßum puluerem.

Electuarium e gemmis.

Recipe Trochiscorum Diarodon Mesues.
Ligni aloes. *an. drach. quinque.*
Margaritarum albarum. *drach. tres.*
Zedoariæ.
Doronici.
Corticum citrij mali.
Macis.
Sem. ocimi caryophyllati.
Ambrę. *singul. drach. duas.*
Fragmentorum saphyri.

Hyacinthi.
Sardæ ideſt corneolę.
Smaragdi.
Granatorum.
Cinnamomi.
Galangæ.
Zurumbet. ſingul. *drach. unam, & dimidiam.*
Beé albi, & eius vice radicis minoris phu.
Been rubri, & eius uice radicis tormétillæ.
Caryophyllorum.
Zingiberis.
Piperis longi.
Spicę nardi.
Folij, aut ſpicæ celticæ.
Croci.
Cardamomi maioris. *an. drach. vnam.*
Coraliorum rubrorum.
Charabæ.
Limaturæ eboris.
Foliorum auri.
argenti. *an. aur. ſemis, hoc eſt ſcrup. duos.*
Moſchi optimi. *drach. mediam.*
Commiſta omnia in tenuiſſimum puluerem conterantur.

Diagalanga.

Recipe galangæ.
Ligni aloes. *.an. drach. ſex.*
caryophyllorum.
Macis.
Liguſtici. *an drach. duas.*

Zingiberis.
piperis longi.
Piperis albi.
Calami aromatici.
Cinnamomi. *an. drac. unam, & semis*
Calaminthæ ſiccæ.
Mentæ ſiccæ.
Cardamomi maioris.
Spicæ indicæ.
Sem. Apij.
Fœniculi.
Aniſi.
Carui. *an. drach. unam.*
Terantur omnia ſimul in pulueris craſſioris modũ.

Diamargariton calidum.

Recipe cinnamomi. *drach. quinque.*
Zingiberis.
Maſtiches. *an. drach. quatuor.*
Been albi, & eius uice rad, minoris phu.
Beẽ rubri, & loco eius radicis tormẽtil le.
Piperis nigri.
Piperis longi. *an. drach. tres.*
Zedoariæ.
Doronici.
Sem. apij.
Sceitaragi, hoc eſt Iberis ſeu lepidij.
Gardamomi minoris.
Nucis moſchatæ.
Macis.
Cherſæ hoc eſt cinnamomi craſſioris. *an. drach. duas.*

Margaritarum non perforatarum.
Pyrethri. *an.drach.unam.*
Conficiatur ex omnibus puluis tenuissimus.

Diamargiton frigidum, cuius est frequens vsus.

Recipe margaritarum præparatarũ. *drach.tres.*
Quatuor seminum frigidorum.maiorum mundatorum.
Seminum portulacę.
Papaueris albi.
Sandali albi.
Sandali citrini odorati.
Ligni aloes.
Zingiberis.
Rosarum rub.
Florum nenupharis citrini.
Florum boraginis.
Myrtillorum. *an.drach.vnam.*
Coraliorum alborum præpar.
Coraliorum rubrorum pręparatorum. *an. drach.semis.*
Misce & ex omnibus conficiatur puluis tenuissimus.

Diapenidium.

Recipe Penidiorum. *unc.duas.*
Nucleorum pini.
Sem. Papaueris albi .*an.drach. tres.*

tres, & scrup. vnum.
Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Zingiberis.
Succi glycyrrhizæ.
Tragacanthę.
Gummi arabici.
Amyli candidissimi.
Seminum quatuor maiorum frigidorum.
an. drach. unam, & scrup. duos.
Camphorę., *tertiam partem scrupuli vnius.*
Confice, vt decet cum syrupo violato.

Diarhodon Abbatis Nicolai.

REcipe Rosarum rub.
Sacchari candi. *an. vnc. vnam, & drach. tres.*
Sandalorum alborum.
Ruborum. *an. drach. duas., & semis.*
Tragacanthæ.
Gummi arabici.
Spodij. *an. scrup. duos.*
Mastiches.
Spicænardi.
Cardamomi.
Succi glycyrrichizzæ.
Croci.
Xyloaloes.
Asari.
Caryophyllorum.
Galliæ moschatæ eiusdem authoris.

Anisi.
Fœniculi.
Cinnamomi.
Rhabarbari electi.
Seminum ocimi,
Acinorum berberis.
Seminum scariolæ.
Portulacæ.
Semiuum quatuor frigidorum maiorum mundatorum.
Seminum papaueris albi.
an. scrup unum.
Margaritarum.
Ossi de corde cerui, & eius uice, cornu cerui vsti. *an. scrup. semis,*
Camphoræ. *gran. septem.*
Moschi. *gran tria, & dimidium. terantur omnia in tenuissimum puluerem.*

Pliris archonticon.

Recipe cinnamomi.
Caryophyllorum.
Ligni aloes.
Galangæ.
Spicæ nardi.
Nucis moschatæ.
Zingiberis.
Spodij.
Schoenanthi.
Cyperi.
Rosarum rub.
Violarum. *an. drach. unam, & gr. quindecim.*

Folij,

Folij, uel ſpicæ celticæ.
Glycyrrhizæ.
Maſtiches.
Styriacis rubri.
Sampſuchi.
Balſamitæ.
Ocimi.
Cardamomi.
Piperis longi.
Piperis albi.
Myrtillorum.
Corticis citrij mali. *an. ſcrup. duos, & gran. quinque.*
Margaritarum ſplendidarum.
Been albi, uel potius radicis minoris phu.
Been rubri, uel potius radicis tormentillę.
Coraliorum rubrorum.
Serici ualidè exſiccati, & minutim conciſi. *an. ſcrup. unum, & gra. duo, & ſemis.*
Moſchi. *gran. ſeptem.*
Camphoræ. *gran. quinque.*
Fiat puluis ſubtiliſſimus.

Roſata nouella.

REcipe roſarum rub.
Sacchari candi.
Glycyrrhizæ. *an. unc. unam, & ſcrup. duos, & ſemis.*
Cinnamomi. *drach. duas, & ſcrup. duos.*
Caryophyllorum.
Spicænardi.

Zingibe-

Zyngiberis.
Galangæ.
Nucis moſchatæ.
Zedoariæ.
Styracis calamitæ.
Cardamomi.
Seminum apii. *an. ſcrup. unum, & gran. octo.*
Redigantur omnia in tenuiſſimum puluerem.

De electuarijs lenientibus, & ſoluentibus.

Catholicum.

REcipe fol. ſenæ orientalis purgatæ.
Medullæ caſſiæ fiſtulæ.
Tamarindorum. *an. unc. octo.*
Rhabarbari.
Polypodij.
Violarum. *an unc. quatuor.*
Glycyrrhizæ raſæ.
Penidiorum.
Sacchari candi. *an. drach. quatuor.*
Quatuor ſem. communium frigidorum maiorum. *an. unc unam.*
Fiat primum decoctio ex altera libra polypodij recentis, & contuſi additis uncijs quatuor ſeminum aniſorum, & ex decocto ſyrupus, unà cum libris octo ſacchari, in quo deinde diſſolue primum medullam caſſiæ & tamarindos, poſtremo adijce cætera omnia in puluerem redacta. Confice electuarium, ut artis eſt.

Dia-

Diaprunum lenitiuum, & solutiuum.

RECipe pruna damascena recentia matura *numero centum.*

Bulliant in iusta quantitate aquæ quousque dissolui uideantur, tunc ab igne deposita, & paulisper refrigerata per cribrum transmittantur, aquæ uerò decoctionis iniyce uiolarum, unc. unam.

Ferueant parum, & colentur. rursus eidem decocto adde.

Sacchari. *lib. duas.*

Pulpæ prunorum. *lib. unam.*

Coquantur simul ad syrupi consistentiam, ubi uerò inspissari cœperint, adde.

Tamarindorum.

Pulpæ cassiæ fistulæ. *dissolutorum, & colatorum, ex modica portione prædicti decocti, an. unc. unam. Coquatur ad congruam spissitudinem, continuo spatula miscendo, & agitando, postremò immisceatur hic puluis.*

Recipe Sandalorum alborum rubrorum.

Spodij.

Rhabarbari.

Cinnamomi. *an. drach. tres.*

Rosarum aridarum rubrarum.

Violarum.

Sem. portulacæ.

Scariolę.

Berberis.

Succi Glycyrrhizæ.

Traga-

Tragacanthæ. *an drach. duas.*
Seminum melonum.
Cucurbitarum.
Citruli.
Cucumeris mundat. *an. drach. unam.*
Contusa omnia, & cribrata, in tenuem puluerem deducantur, & fiat electuarium, ut artis est.
Quod si laxatiuum efficere uolueris, cuilibet libræ immisce. Diachridij drach. septem, dum ab igne deponitur.

Electuarium è sebesten.

Recipe Sebesten recentium. *unc. quinque.*
Infundantur in libra una aquæ uiolarum, & bulliant, deinde colentur, & colaturæ adde.
Aquæ Iridis.
Anguriæ. *an. unc. sex.*
Succi mercurialis depurati. *unc. quatuor.*
Tamarindorum.
Prunorum siccorum contusorum. *an. unc. quinque.*
Violarum.
Quatuor sem. communium frigidorum. *an unc. unam.*
Coquantur simul ut artis est, colentur, & fortiter exprimantur, deinde adde.
Diapruni non solutiui. *lib. unam & semis.*
Penidiorum. *unc. octo.*
Pulueris Diachridij. *drach. tres & semis.*
Fiat electuarium.

Cassia

Cassia extracta ad clysteres.

Recipe uiolarum.
Violariæ.
Maluę.
Mercurialis.
Parietariæ.
Betæ. *an.manip. unum.*
Fiat horum decoctio in sufficienti aqua, & cum hac decoctione, pulpa cassia extrahatur, & cannæ eius interiores lauentur, deinde.
Recipe pulpę cassię cũ hac decoctione extractæ, & ad spissitudinẽ coctæ. *lib. unam.*
Mellis. *lib. semis.*
Coquantur ad consistentiam electuarij.

Electuarium Lenitiuum.

Recipe passularum enucleatarum.
Polypodij quercini.
Senæ orientalis. *an.unc.duas.*
Mercurialis. *manip.unum & semis.*
Iuiubarum.
Sebesten. *an. nu. uiginti.*
Capil.ueneris.
Violarum.
Hordei mundi. *an. manipulum unum.*
Prunorum damascenorum enucleat.
Tamarindorum. *an.drach.sex.*
Glycyrrhizæ. *unc.semis.*
Coquantur ex arte, colentur, in colatura dissolue

Pulpæ

Pulpæ caſſiæ fiſtularis.
Tamarindorum.
Pulpæ prunorum recentium.
Sacchari uiolati. *an.unc.ſex.*
Sacchari optimi. *lib.duas.*
Pulueris ſenæ. *unc.unam, & ſemis pro qualibet libra electuarij.*

Quod ſi pulpam prunorum ſaccharo conditam pro recenti appoſueris, augenda eſt quantitas, & pro uncijs ſex, impenenda eſt libra una & ſemis pulpæ conditæ.

Diaſena.

Recipe Auellanarum toſtarum. *nu. quinquaginta.*
Sacchari. *unc. ſex.*
Senæ orientalis. *unc.tres.*
Cinnamomi. *unc.unam.*
Lapidis cyanei,ſiue lazuli. *drach.tres.*
Serici toſti.
Caryophyllorum.
Galangæ.
Piperis.
Spicę nardi.
Ocymi.
Foliorum caryophyllorum.
Cardamomi.
Croci.
Zingiberis.
Zedoariæ.
Florum roriſmarini.

Piperis longi. *ſingul. drach. duas.*
Lapidis armeni. *drach. unam.*
Mellis deſpumati. *quod ſatis eſt.*
Confice electuarium.

Diacaſſia cum manna, & ſine manna.

REcipe prunorum damaſcenorum. *unc. duas.*
Violarum. *manipulum unum, & ſemis.*
Aquæ fontanæ. *lib. unam & mediam.*
Bulliant, ut artis eſt, & colentur, in colatura diſſolue.
Pulpæ caſſiæ fiſtularis. *unc. ſex.*
Sacchari uiolati.
Syrupi uiolati. *an unc. quatuor.*
Pulpę tamarindorum.
Sacchari candi.
Penidiorum. *an unc. unam.*
Confice electuarium, ut artis eſt.
Quod ſi cum manna parare uolueris, adde mannæ electæ. unc. duas.

Electuarium Eleſcoph, ſiue Epiſcopi.

REcipe ſcammoneæ antiochenæ. turbit albi, & a cortice mundati, *an. drach. ſex.*
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Zingiberis.
Nucis moſchatæ.

Embli-

Emblicorum.
Polypodij. *sing. drach. duas, & semis.*
Sacchari. *unc. sex.*
Mellis despumati. *Quod satis est.*
Confice electuarium, ut decet.

Diaphœnicum.

RECipe dactilorum infusorum tribus diebus, & noctibus in aceto. *drach. centum.*
Penidiorum. *drach. quinquaginta.*
Turpethi optimi. *drach. trigintaquinque.*
Amygdalarum mund. *drach. triginta.*
Scammonij. *drach. duodecim.*
Zingiberis.
Piperis longi.
Foliorum rutæ siccorum.
Cinnamomi.
Macis.
Ligni aloes.
Anisi.
Fœniculi.
Dauci.
Galangæ. *an drach. duas, & semis.*
Omnia ritè terantur, & trita mellis despumati idonea quantitate excipiantur, & electuarium conficiatur, ut artis est.

Confectio Hamech.

RECipe succi fumiterræ. *lib. unam.*
Pruna. *nu. sexaginta.*

Passularum enucleatarum. *unc. sex.*
Myrobalanorum citrinarum. *unc. quatuor.*
Agarici.
Colocynthidis.
Polypodij. *an. drach. decem & octo.*
Chebularum.
Indarum.
Rhabarbari.
Epithymi. *an. unc. duas.*
Violarum. *drach. quindecim.*
Absinthij.
Thymi.
Senæ. *an. unc. unam.*
Anisi.
Rosarum.
Fœniculi. *an. drach. sex.*
Infundantur omnia in seri. caprini iusta quantitate per dies quinque, deinde ferueant unico feruore, & colentur, in colatura dissolue.
Tamarindorum. *unc. quinque.*
Medullæ cassiæ fistulæ. *unc. quatuor.*
Mannæ. *unc. duas.*
Confricentur manibus, & colentur, deinde adijce.
Sacchari albi. *lib. unam, & dimidiam.*
Scammonij. *unc. unam & semis.*
Coquantur ad mellis spissitudinem, postremò inspergantur hæc pulnerizata.
℞ Recipe mirobalanorum citrinarum.
Chebularum.
Indarum. *an. unc. semis.*
Belliricarum.
Emblicarum.

Rhabarbari.
Sem. fumiterræ. *singul drach. tres.*
Spicæ. *an. drach. duas.*
Misce, & confice electuarium, ut artis est.

Benedicta laxatiua.

Recipe turpethi.
Esulæ, idest radicis pityusæ.
Sacchari. *an. drach. decem.*
Diachridij.
Hermodactylorum.
Rosarum rubrarum. *an. drach. quinque.*
Caryophyllorum.
Zingiberis.
Spicæ Indæ.
Croci.
Saxifragiæ.
Piperis longi.
Amomi.
Cardamomi.
Sem. petroselini uulgaris.
Salis gemmæ.
Galangæ.
Macis.
Sem. feniculi.
Asparagi.
Rusci.
Millij solis.
Cari. *an. drach. unam.*
Mellis despumati. *Quod satis est.*
Confice electuarium ex arte.

Electuarium Indum maius,

R Ecipe Turpethi electi. *drac. quinqua-ginta.*
Sacchari.
Penidiorum. *an. drach. uiginti.*
Diaehridij. *unc. unam, & semis.*
Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Spicæ nardi.
Rosarum rubrarum.
Cassiæ ligneæ.
Macis.
Cyperi. *an. drach. quatuor.*
Sandali citrini. *drach. duas, & semis.*
Ligni aloes.
Nucis moschatę. *an. drach. duas.*
Galangæ.
Cardamomi utriusque.
Asari.
Mastiches. *an. drach. unam, & dimidiam.*
Terantur omnia, & cum oleo amygdalarum dulcium fricentur, deinde.
Recipe succi cotoneorum.
Suc. granarorum acidorum.
Suc. apij.
Suc. fœniculi. *an unc. sex.*
Mellis despumati. *Q. s. fiat electuarium ex arte.*

Electuarium Indum minus.

R Ecipe turpethi.
Sacchari. *an. drach. centum.*

Scam-

Scammonij. *drach. duodecim.* ʒ – 8.
Macis.
Piperis.
Zingiberis.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Cardamomi maioris.
Nucis moſchatæ. *an. drach. ſeptem.*
Mellis deſpumati. *quod ſatis eſt. Confice electarium ex arte.*

Electuarium è Pſyllio.

Recipe ſucci bugloſſi.
Suc. boraginis.
Suc. endiuię.
Suc. apij coctorum, & deſpumatorum.
an. lib. duas.
Succi fumiterræ. *unc. tres.*
In his macerentur horis uigintiquatuor.
Capillorum ueneris. *manipulus unus.*
Cuſcutæ.
Aniſi.
Senæ.
Aſar. *ſingul. unc. media.*
Spicæ. *drach. duę.*
Deinde bulliant una ebullitione, mox inijciantur.
Violarum. *unc. tres.*
Epithymi. *unc. duæ.*
Bulliant iterum unica ebullitione, colentur, & exprimantur, colaturæ adde.
Pſyllij integri. *unc. tres.*

Mace-

Macerentur horis uigintiquatuor, crebro agitando, huius mucilaginis expressæ.
Recipe. *lib. quatuor.*
Sacchari albi. *lib. duas, & semis.*
Diachridij. *unc. tres, & semis.*
Coquantur lento igne ad perfectionem, postremo adde.
Trochischorum diarhodon.
Trochiscorum è spodio.
Rhabarbari electi. singul. *unc. unam.*
Trochiscorum è berberis. *unc. semis.*
Fiat electuarium.

Electuarium rosatum Mesuæ.

Recipe succi rosarum rubrarum completarum. *lib. quatuor.*
Sacchari albi. *lib. unam, & mediam.*
Mannæ recentis, & puræ. *unc. sex.*
Scammonij Antioch. *unc. unam, & dimidiam.*
Coquantur lento igne ad mellis consistentiam, deinde adde.
Trochiscorum è spodio. *unc. unam.*
Trochiscorum è berberis. *unc. mediam.*
Galliæ moschatæ,
Croci. *an. dracduas.*
Confice electuarium ex arte.

Electuarium è succo rosi.

Recipe succi rosarum rubrarum.
Sacchari albi. *an. lib. unam, & unc. quatuor.*

Diachridij. *unc.unam, & semis.*
Sandalorum omnium. *an.drach.sex.*
Spodij. *drach. tres.*
Camphoræ. *scrup. unum.*
Succus cum saccharo coquatur ad mellis consistentiam, deinde pulueres inijciantur, & electuarium conficiatur, ut artis est.

Tryphera Persica.

Recipe succorum solatri.
Endiuię.
Apij.
Lupulorum depuratorum.
singul lib.unam.

Quibus immitte.
Prunorum damascen.pinguium. *nu.quinquaginta.*
Foliorum senæ orient. *unc. duas.*
Agarici. *unc.unam.*
Cuscutæ. *unc.mediam.*
Violarum.
Rosarum rubrarum.
Spicæ nardi. *an.drach.tres.*
Mirobolanorum citrinarum.
Chebularum.
Indarum confricatarum.
Oleo amigdalarum dulcium.
an.drach. duas.

Bulliant lento igne, donec libræ duæ tantum supersint, quibus inijce epithimi. drach.quadraginta. Mirobolani uerò oleo amygd. dul. immersi bul-
liant

liant unico feruore, deinde ab igne deponantur, & colentur. In conuenienti portione iuris percolati dissolue.

Sacchari uiolati. *lib. unam.*

Pulpæ cassiæ. *unc. quatuor.*

Tamarindorum. *unc. tres.*

Mannæ electæ. *unc. unam, & mediam.*

Percolentur, ut ritè purgata sint, in reliqua portione iuris colati dissolue.

Sacchari albi. *lib. tres.*

Aceti. *lib. unam.*

Coquantur simul ad mellis crassitudinem, postremò adde paulatim hęc subtiliter contrita.

Rhabarbari electi. *unc. duas.*

Anisi. *drach. quatuor.*

Myrobalanorum citrinarum.

Chebul.

Indarum.

Bellericarum.

Emblicarum. *an. unc. dimidiam.*

Sem. fumariæ.

Trochiscorum diarhodon.

Macis.

Mastiches.

Sandali citrini.

Cubebæ.

Spodij.

Sem. quatuor maiorum frigidorum.

singul. drach. duas, & semis

Spicænardi. *drach. duas*

Conficiatur electuarium, ut artis est.

Diacarthamum.

RECipe carnium cydoniorum. *unc. unã.*
Turpethi electi. *drach sex.*
Specierum diatragacanthi frigidi.
Medullæ sem. carthami. *an. unc. semis.*
Scammonij præparati. *drach. tres.*
Zingiberis albi.
Mannæ electæ. *an. drach. duas.*
Mellis rosati collati. *unc. unam.*
Sacchari albissimi. *Quantum satis est.*
Confice electuarium, ut decet.

Diaturpethi cum rhabarbaro montagnanæ.

RECipe Rhabarbari electi.
drach. decem.
Turpethi optimi.
Hermodactilorum. *an. unc. unam.*
Diachridij. *unc. semis.*
Sandalorum alborum.
Rubrorum.
Violarum.
Zingiberis. *an. drach. unam, & semis.*
Mastiches.
Anisi.
Cinnamomi.
Croci. *an. drach. semis.*
Sacchari albissimi. *Quantum sufficit.*
Confice electuarium.

Diatur-

Diaturpethi Mesues, quod maius uocatur.

RECipe turpethi optimi. *unc.unam.*
Diachridij.
Zingiberis. *an.drach.quatuor.*
Cinnamomi.
Caryophyllorum. *an drach.duas.*
Galangæ.
Piperis longi.
Macis. *an.droch.unam.*
Sacchari albissimi. *quod satis est. Confice electuarium.*

Diaturpethi minus Zezaris.

RECipe turpethi optimi. *drach.decem.*
Zingiberis. *drach.quinque.*
Masticheş. *drach.tres.*
Sacchari. *quod satis est, fiat electuarium.*

Hiera composita, qua in clysteribus utimur.

RECipe Cinnnamomi.
Spicænardi Indiæ.
Croci.
Schœnanthi.
Asari.
Xylobalsami uel xyloaloes.
Carpobalsami uel cubebarum.
Cassiæ ligneæ.

Violarum.
Absinthij.
Epithymi.
Agarici.
Rosarum.
Turpethi.
Colocynthidis.
Masticheſ. *singul. scrup. duos.*
Aloes non lotæ. *ad pondus omnium. Fiat pul-uis, & cum melle despumato, triplo.*
Conficiatur electuarium, ut ars inbet.

Hiera Logadij.

Recipe pulpæ colocynthidis.
Polypodij. *an drach. duas.*
Euphorbij.
Polij.
Coccognidij. *an. dr. unam, & semis, & gr. sex.*
Absinthij.
Myrrhæ. *an. drach. unam, & gra. duodecim*
Centauræ minoris.
Agarici.
Ammoniaci.
Folii seu spicæ celticę.
Spicænardi.
Scyllæ assæ.
Diachridii. *an. drach. unam.*
Aloes.
Sumitatum thymi.
Cassiæ ligneæ.
Chamedryos.

Bdellii.

Bdellii.
Prassii. *an. scrup. unum, & quan. quatuor decim.*
Cinnamomi.
Opopanacis.
Castorei.
Aristolochiæ longæ.
Trium piperum.
Croci.
Petroselini macedonici.
Sagapeni. *an. drach. semis.*
Hellebori utriusque. *an. gr. sex.*
Cum melle despumato triplo,
Confice electuarium, ut decet.

Hiera Diacolocynthidos.

Recipe colocynthidis. *drach. uiginti.*
Stæchadis.
Agarici.
Chamedryos. *an. drach. decem.*
Sagapeni.
Opopanacis. *an. drach. octo.*
Cassiæ ligneæ. *drach. septem.*
Petroselini.
Aristolochiæ rotundæ.
Piperis albi. *singul. drach. quinque.*
Cinnamomi.
Croci.
Spicænardi.
Myrrhæ.
Polii. *singul. drach. quatuor.*
Myrrham priùs in uino maceratam, & cætera ad

leuorem contrita mellis despumati idonea quantitate excipito, & cōficito electuarium, ut artis est.

Hiera Archigenis.

Recipe Medullæ colocynthidis.
Chamedryos.
Agarici.
Stæchadis. *singul. drach. decem.*
Opopanacis.
Sagapeni.
Petroselini.
Aristochiæ rotundæ.
Piperis albi. *singul. drach. quinque.*
Cinnamomi.
Spicænardi
Mirrhæ.
Polij. *an. drach. quatuor.*

Arida simul tundenda, & incernenda, opopanax, Sagapenum & myrrha contusa in mulsa per noctem maceranda, deinde leuiganda. sicca his admiscenda, omnia melle optimo excipienda, & iuxta præcepta artis electuarium conficiendum.

Hiera Pachij.

Recipe Stœchadis.
Marrubij.
Chamedryos.
Colocyntidis.
Agarici. *singul. drach. decem.*

Opo-

Opopanacis.
Sagapeni.
Sem.Petroſelini.
Ariſtolochię rotundæ.
Piperi albi. *ſingul.drach.quinque.*
Cinnamomi.
Spicænardi.
Myrrhæ.
Polij.
Croci. *an.unc.median.*

Sagapenum,& opopanax in mortario terantur adiecto melle tenuiſſimo, cætera arida tuſa, & cribrata,melle deſpumato ad comprehēdendum ſufficienti excipiantur, & electuarium conficiatur, omnibus ritè commixiſtis.

Species hieræ picræ ſimplicis deſcriptione Galeni.

RΕcipe Aloes. *drach. nonagintæ.*
Xylobalſami vel Xyloaloes.
Cinnamomi.
Aſari.
Spicænardi.
Maſtiches. *ſingul drach. ſex.*
Croci. *drach.quinque.*

Pulverizentur omnia ſubtiliſſimè. quòd ſi electuarium conficere volueris adde.

Mellis deſpumati.*quod ſatis eſt, & confice, vt decet. Si uero Hieram cum agarico parare volueris.*

Recipe prædicti pulueris abſque aloe.

Agarici trociſchati. *an.unc.ſemis.*
Aloes non lotæ. *unc.unam.*
Mellis deſpumati. *unc. ſex.*
Confice electuarium,ut artis eſt.

Species Hieræ Picræ Raſis.

Recipe aloes ſuccotrinæ. *unc. duas.*
Roſarum rubrarum.
Spicænardi.
Maſtiches.
Xilobalſami, ſeu xiloaloes.
Carpobalſami, ſeu cubebarum.
Cinnamomi.
Caſſiæ ligneæ.
Aſari. *ſingul drach. unam.*
Miſce. Fiat puluis ſubtiliſſimus.

Eclegmata, ſiue loch.

Eclegma ſiue loch è farſara ſimp.

Recipe radicum tuſſilaginis, ſiue farfaræ. *unc. ſex.*
Benè purgata coquantur perfectè in aqua clara iuſta quantitate, optimè contundantur in mortario lapideo, & cribro ſetaceo tranſmittantur, poſtea ut artis eſt fiat ſyrupus, ex uncijs decem & octo ſacchari, & ſupradicti decoctilibus duabus. Qui conijciatur ſupra radices, ut dictum eſt paratas, quibus adde.
Pulpæ paſſularum dulcium. *unc.duas.*
Pineo-

Pineorum nucleorum mundatorum contusorum. *unc. unam, & semis.*

Misce, & ex arte fiat loch.

Conficitur etiam in forma solida, sine pineis nucleis, & passulis.

Compositum autem sic paratur.

Recipe succi glycyrrhyzæ non usti. *scrup. quatuor.*

Pulueris caryophyllorum.

Cinnamomi.

Croci.

Macis. *an. scrup. unum.*

Misce, & addantur eclegmati simplici, nuper descripto.

Eclegma siue loch, è papauere.

Recipe penidiorum alborum. *uncias quatuor.*

Sem. papaueris albi. *drach. uigintiquinque.*

Amygdalarum dulcium mundatarum.

Pineorum nucleorum purgatorum.

Gummi arabici.

Tragacanthæ.

Succi glycyrrhizę. *an. drach. decem.*

Seminum cydoniorum.

Lactucę.

Portulacæ. *an. drach. quatuor.*

Amyli. *drach. tres.*

Croci. *drach unam.*

Syrupi è papauere infrascripti. *quantum satis fuerit ad eclema conficiendum*.

Primo fiat syrupus hoc modo.

Recipe capitum papauerum alborum & nigrorum cum proprijs seminib. *an.lib. semis.*

Florum uiolarum siccarum.*unc.unam & semis,uel si adhuc recentes sint et passę unc.duas.*

Sem. lactucæ semicontusorum. *unc. unam.*

Decoquantur in aquæ claræ lib. quinque ad consumptionem medietatis, & colentur, colati.

Recipe *lib. duas.*

Sacchari.

Penidiorum. *an.lib. vnam. Fiat syrupus.*

Tum gummi,& tragacantha in quadruplo præscripti colati macerentur,dum prorsus mollescant, deinde cribro setaceo transmittantur.amygdalę pineæ,& sem.papauerum benè contusa immisceantur syrupo,penidijs, & succo glycyrrizæ, & cum gummis emollitis, diu in mortario agitentur, & ducantur, demum adijciantur semina, & reliqua contrita, & setaceo cribro diligenter transmissa,redigantur in formam eclegmatis.

Eclegma è pini nucleis

Recipe pulpæ dactylorum optimorũ. *drach. trigintaquinque*

Nucleorum pini mundatorũ.*drach. triginta*

Amygdalarum dulcium mundatarum.

Amyili.

Auellanarum aſſatarum.
Capill. nen.
Glycyrrhyzæ raſę.
Gummi Arabici.
Radicum iridis.
Succi glycyrihyzæ bene parati non vſti.
Tragacantgæ. *an. drach. quatuor.*
Amygdalarum amararum *drach. tres.*
Butyri recentis.
Mellis paſſularum.
Sacchari abliſſimi. *an. unc. quatuor.*
Mellis puriſſimi. *quantum ſatis fuerit. Gummi, & tragacantha diu macerentur in quadrupla quantitate aquæ capill. uen. donec prorſus molleſcant, deinde cribro ſetaceo tranſmittantur & lib. duabus mellis optimi miſceantur ad lentum ignem, lignea rudicula diu moueantur, poſtea ei inſpergantur pulueres tenuiſſimi radicum Iridis, capill. Veneris, gycyrrhizę, ſacchari, & amyli, & optimè miſceantur, & vniantur, demum vtrumque gummi mixtum melli paſſularum, in quo priùs fuerit diſſolutus ſuccus glycyrrhezę, uaſe ab igne depoſito addatur, & diutiùs omnia agitentur, donec uniantur, addito butyro recenti, ſi ſtatim eo vtendum ſit, ſi uerò diutiùs eſt ſeruandum, paretur abſq; butyro, ne rãcorem contrahat Mel paßularum fit ex partib. duabus decocti paßularũ redacti coquendo ad conſiſtentiam ſapæ, & parte una optimi mellis ſimul lento igne decoctis, donec optimè unianiur.*

Loch è pulmone vulpis.

RECipe pulmonis uulpis exsiccati.
Capillorum ven.
Seminum Anisorum.
Fœniculi.
Succi glycyrrhizę. *an partes ęquales.*
Confice ex iusta quantitate sacchari prius cocti in aqua.

Eclegma seu loch sanum

RECipe Zyzhypha seu Iuiubas.
Myxaria, quæ & sesiesten. *an. numero triginta.*
Dactylorum pinguium.
Caricarum pinguium.
Passularum pinguium.
Passularum purgatarum. *an. unc. duas.*
Capill. uen. *manip. vnum.*
Fœnu græci. *drach. quinque.*
Cinnamomi.
Glycyrrhizæ.
Hyssopi siccę.
Calaminthæ.
Iridis.
Seminum anisi.
Fęniculi.
Lini. *an. drach. quatuor.*
Coquantur omnia, vt artis est in aquæ claræ lib. quatuor, dum libræ duæ tantum supersint, percolantur

colatum ius, & expressum coquatur, cum penidiorum alborum libris duas ad mellis crassitiem, tum adijce, quæ sequuntur priùs optimè contusa.

Pinearum purgatarum. *drach. quinque.*
Amygdalarum dulcium mundatarum.
Amyli.
Glycyrrhizæ mpndæ.
Gummi Arabici.
Tragacanthæ. *an. drach. tres.*
Iridis. *drach. duas.*

Misceantur simul omnia; & tamdiu agitentur donec medicamentum albescat: Tragacanthæ tamen, & gummi arabicum parentur priùs eo modo, quo dictum est in loch è pini nucleis.

Eclegma è succo caulium.

Recipe succi oaulium *lib. quinque.*
Decoque lento lento igne, interea iugiter expumando, donec libræ tantum duæ supersint. quibus adde.

Mellis.
Sapæ. *an. lib. unam.*

Percoq; ad iustam crassitudinem.

Eclegma è Scylla simp.

Recipe succi scyllæ.
Mellis despumat.

Decoque in eclegmatis consistentiam. Succus è scylla extrahatur, vel ut docet Galenus in consilio pro puero epileptico, inflata Scylla cruda

die-

diebus canicularibus in vase intus melle oblito & bene obturato diebus quadraginta. Vel decocta scylla in pasta frumentacea, & ea sicca lente statim contusa in lapideo mortario pistillo ligneo, & illico expressa per rarum linteum.

Eclegma è Scylla comp.

Recipe Scyllæ assatæ in pasta frumentacea. *drach. tres.*
Pulueris Iridis. *drach. duas.*
Hyssopi.
Marrubij. *an. drach. unam.*
Croci.
Myrrę. *an. drach. semis.*
Confice cum melle iustæ quantitatis, sit autem unciarum duarum cum dimidia, mel sit iam despumatum, sed non dilutum.

Diacondion simp. Mes. ex intentione Gal.

Recipe capitum papaue. albi cum magnitudine, tum maturitate, & siccitate mediocria. *num. triginta.*
Aquę pluuiæ. *sextaria tria, quæ continent unc. sexaginta.*
Macerentur in ea biduo, si verò fuerint sicciora diutiùs, sin recentiora horis tantum uiginti quatuor, deinde coquantur ad integram cocturam, & colentur, mox.
Recipe predictę decoctionis colatæ. *lib. tres*
Mellis. *lib. unam & semis, vel.*

Sapæ.

Sapæ. *lib. vnam & semis, vel.*
Vtriusque. *an. unc. nouem.*
Bulliant ad prunas, donec perfectè sint cocta, & sic habebis diacodion simplex ex melle, vel sapa uel utroque, si uerò paretur ex capitibus papaueris nigri, erit efficacius.

Diachodion compo.

RECipe prædictæ decoctionis. *libram unam.*
Mellis. *lib. mediam, uel.*
Sapæ. *lib. mediam. vel.*
Vtriusque. *an unc tres ut supra.*
Acaciæ rubræ, uel eius succedanei, id est
Succi Foliorum sumachi.
Balaustiorum.
Croci
Hypocystidis.
Myrrhę *an. drach. unam.*
Trochiscorum ramich. *drach. quatuor.*
Decoque ut supra, & confice eclegma.

Diacodion simp. in forma solida.

RECipe sacchari albissimi. *lib. unam.*
Penidiorum alborum. *unc sex.*
Decocti capitum. papaueris albi, & nigri. *numero parium parati ut nuper dictum est, quātum satis esse uidetur, ad penidia, & saccharum dissoluendum.*

Coquan-

Coquantur ad iustam crassitiem, deinde simul agitata formentur in orbiculos, siue rotulis iustæ magnitudinis

Diaireos cum melle.

RECipe Iridis. *unc unam.*
Glycyrrhizę.
Hyssopi.
Pulegij. *an. drach. sex.*
Pulpæ passularum.
Caricarum pinguium
Dactylorum. *an. drach. quatuor.*
Amygdalarum dulcium cortice purgatarum.
Cinnamomi.
Zingiberis.
Nucleorum pineorum.
Piperis.
Tragacanthæ. *an. drach. tres.*
Styracis rubri, seu calamitæ. *drach. duas & semis.*
Mellis.. *quantum satis fuerit. Confice eclegma.*

Diamoron simpl.

RECipe succi mororum rubi.
Succi mororum domesticorum.
an. lib. unam & semis.
Mellis.
Decoque simul omnia ad spissitudinem mellis.

Dia-

Diamoron comp.

P*Aratur diamoron compositum si simplici adijciantur alia, quæ efficacius aut repellant, aut concoquant, aut digerant, prout Medici fuerit consilium.*

Rob nucum, vel Diacaryon simp.

Recipe succi corticum exteriorum nuum iuglandium diebus canicularib. expressi. *lib. quatuor.*
Mellis optimi. *lib. duas.*
Depuretur succus vnica ebullitione, & cum melle decoquatur donec deuenerit ad mellis consistentiam.

Rob nucum, vel Diacaryon comp.

F*It quandoque idem medicamentum compositum ubi simplici alia adijciãtur, quæ medicus opportuna duxerit, sicut dictum est in Diamoron cõpos.*

Diapenidion cum speciebus.

REcipe amygdalarum dulcium mundatarum.
Nucleorum pini.
Sem. Papaueris albi. *an. scrup. nouem.*
Amyli.

Caryo-

Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Zingiberis.
Gummi arabici.
Seminum citruli.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Melonum.
Succi Glycyrrhizæ.
Tragacanthæ. *an. drach. unam & semis.*
Penidiarum albarum. *drach. sexdecim &*
Camphoræ. *gran. sex.*
Syrupi uiolarum infrascripti. *quantum satis fuerit.*

Ex seminibus papaueris optime contritis extrahatur lac, seu emulsio in aqua violarum, & ex hoc lacte dissoluantur amygdalæ, pineæ, & quatuor semina benè contusa, quæ omnia addantur syrupo uiolarum infrascripto iam cocto, simul coquantur, interea rudicula agitata in iustam consistentiam, deinde addantur pulueres. postremo gummi, & tragacantha emolita, ut supra, & redigantur ad formam eclegmatis.

Syrupus Violarum sic conficitur.

Recipe Florum Violarum uiridũ. *unc. tres uel.*
Violarum siccarum. *unc unam.*
Aquę clare *lib. unam.*
Macerentur flores aliquot horis supra cineres calidos.

lidos, deinde bulliant, donec puniceo colore insiciatur aqua, cui demum percolato adde lib. unā sacchari optimi, & confice syrupum.

Diapenidion sine speciebus.

F*It tale diapenidion ex omnibus supra dictis, & eodem modo paratur, demptis tantum tribus cinnamomo, zingibere, & caryophyllis.*

Diatragacanthum calidum

REcipe Hyssopi.
Tragacantæ· *an. unc. quatuor.*
Amygdalarum dulcium mundatarum.
Pinearum purgatarum. *an. drach. sex.*
Cinnamomi electi.
Seminum Fæni græci.
Lini. *an. drach. quatuor.*
Zingiberis.
Glycyrrhizæ rasæ.
Succi glycyrrhizæ. *an. draoh. duas.*
Sacchari albi. *quantum satis fuerit.*
Misce, & ex arte redigantur ad formā eclegmatis

Diatragacanthum frigidum.

REcipe penidiarum albarum. *unc. tres.*
Tragacanthæ albæ. *unc. duas.*
Gummi arabici. *drach. decem.*
Amyli. *drach quatuer.*

Glycyrrhizæ mundatæ.
Seminum citruli.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Melonum. *an. drach duas*
Camphoræ. *scrup. semis.*
Syrupi violarum parati, ut dictum est, in loch. diapenidion. *quantum satis fuerit.*
Misce, & qua docuimus arte redigantur in formā eclegmatis.

Diatragacanthum frigidum in tabellis, seu rotulis.

SVpradicta omnia præter syrupum sumantur, tum fiat emulsio in acqua uiolarum ex quatuor seminibus dictis, in qua emulsione dissoluantur libræ duæ, & media sacchari optimi. Coquantur simul ad cocturam manuschristi.
In fine addantur penidia, & reliqua in tenuissimū puluerem redacta, & fiat electuarium per tabellas.

Diatragacanthum frigidum cum bollo in tabellis.

FIt. vt superius, addit aboloarmena orientali pondere dimidij pulueris reliqui.

Syrup

Oxymel simplex.

REcipe Mellis optimi. *part. duas.*
Aquæ purissimæ. *part. tres.*

Coquan-

Coquantur, & despumentur in uase fictili lento igne deinde adijce.
Aceti acerrimi. *part. unam.*
Bulliant simul ad syrupi crassitudinem

Oxymel compositum.

Recipe Radicum Fœniculi.
Apij.
Graminis.
Asparagi.
Rusci mondatarum. contusarum, & concisarum *an. unc. duas.*
Seminum Apij
Anisi.
Fœniculi. *an. unc. unam.*
Infundantur in aceti ueteris lib. decem, & aquæ purissimæ libi uiginti in uase fictili horis uiginti quatuor, de inde coquantur donec tertia pars absumpta sit, colentur, colaturæ adde.
Mellis. *part. dimidiam ad liquorem, qui superest. Coquantur iterum ad iustam syrupi consistentiam.*

Oxymel scylliticum simplex.

Recipe mellis despumati. *lib. tres.*
Aceti Scylliciti. *lib. duas.*
Coquantur ut decet.

Oxymel scylliticum compos.

Recipe Radicum fœniculi.
Apij.

Gra-

Graminis.
Rusci.
Asparagi præparatarum.
an. unc. duas.

Reminum Anisi.
Apij.
Fœniculi. *an. unc unam.*

Bulliant in iusta qnantitate aquę purissimæ in vase fictili, donec dimidia pars aquæ consumpta sit, deinde colentur, colaturæ adde.

Aceti Scyllitici. *lib. unam.*
Mellis despumati. *lib. duas*

Coquantur iterum ad syrupi crassitudinem.

Syrupus acetossus simplex.

Recipe sacchari clarificati in aquæ: *lib. quinque.*
Aceti albi *lib. tres.*

Coquantur in uase uitreato ad instam syrupi consistentiam.

Syrupus acctosus compos.

Recipe radicum apij.
Fœniculi.
Endiuiæ. *an. unc. tres.*

Seminum Apij.
Anisi.
Fœniculi. *sing. unc. unam.*

Sem. endiuiæ. *unc. meaiam.*

Aquæ purissimę. *quantum fatis fuerit Coquantur in.*

tur in uase vitreato lento igne tamdiu donec dimidia tantum aqua supersit, deinde adde.

Sacchari. *lib. tres.*

Clarificentur & demum adijce.

Aceti. *lib. duas.*

Coquantur, ut artis est.

Oxysaccharum simpl.

Recipe sacchari. *lib. unam.*

Succi granatorum acidorum. *unc. octo.*

Aceti. *unc. quatuor.*

Coquantur in uase uitreato lento igne ad sy. crassitudinem.

Oxysaccharum comp.

Recipe capill. ueneris.
Linguæ ceruinæ.
Scolopendii, siue cetra
Polytrichi. (chi.
Hepaticæ.
Violarum.
Radicum fœniculi.
Rusci.
Asparagi.
Graminis. *an. lib. unam.*

Infundantur omnia in succo malorum granatorum tribus diebus, quarto die bulliant modicum, colentur, & ualide exprimantur, postea adde.

Sacchari. *quantum satis est. Coquantur ad inflans spissitudinem.*

Mel rosaceum simpl.

REcipe aquæ infusionis ros. rub. non solutæ.
Mellis optimi. *an. part. æquales.*
Coquantur, ut artis est, ad iustam consistentiam.
Mel uiolatum simp. fit eodem modo, quo mel rosaceum simpl.

Mel anthosatum.

REcipe florum roris marini. *part. unam.*
Mellis optimi. *part. tres.*
Coquantur, ut artis est.

Diamoron.

REcipe succi mororum rubi. *lib. unam.*
Succi mororum domesticorum.
Mellis optimi despumati. *an. lib. semis.*
Sapæ. *unc. tres.*
Coquantur in conuenientem modum.

Dianucum siue diacaryon.

REcipe succi corticum uiridium nucũ iuglandium depurati. *lib. quatuor.*
Mellis despumati. *lib. duas.*
Coquantur ad iustam consistentiam.

Acetum scylliticum.

RECipe laminarum scyllæ, quæ inter corpus & externum corticem inuoluuntur. *quantum uolueris transfigantur acu lignea, & per funiculum traijciantur, ita ut se mutuò non contangant: siccentur in umbra diebus quadraginta, postea ligneo cultro incidantur. Harum libræ cuilibet superinfunde aceti optimi lib. octo, insolentur deinde totidem alijs diebus in uase uitreo angusti oris operculato, postremò colentur, & abiectis laminis acetum in loco calido reponatur.*

Infusio rosarum non solutiua.

Recipe foliorum rosarum rub. recentium completarum. *lib. sex.*

Macerantur in libris quindecim aquæ feruentis horis octo in uase fictili uitreato angusti oris operculato, postea colentur, & exprimantur, rursus eidem aquæ iterum calefactæ eadem rosarum quantitas immittatur, horis octo maceretur, deinde coletur, & exprimatur. Tertio eadem nouis rosis immissis repetantur. Demum huic expresso si seruari desideres, oleum affunde. Vas stricti oris operculo obtura, & diebus quadraginta insola.

Infusio rosarum solutiua.

Recipe rosarum pallidarum recentiũ. *lib. sex.*

Infundantur in aquæ feruentis lib. quindecim, uel quantum satis est horis octo, decem, duodecim in uase fictili uitreato angusti horis benè operculato, colentur deinde, & exprimantur, rursus eadem infusio, & maceratio pari semper rosarum recentium quantitate iniecta paritemporis spatio, nouies, decies, duodecies repetatur, demum in uase uitreato stricti oris optimè obturato insoletur diebus quadraginta.

Mel rosatum solutiuum.

Recipe infusionis rosarum pallidarum solutiuæ. *lib. quinque.*

Mellis despumati. *lib. quatuor.*

Coquantur ad syrupi consistentiam.

Syrupus rosaceus solutiuus.

Recipe infusionis rosarum pallidarum solutiuæ. *lib. quinque.*

Sacchari. *lib. quatuor.*

Depurentur & coquantur, ut artis est, dum sit iusta syrupi consistentia.

Syrupus

Syrupus rosatus simpl.

RECipe aquæ infusionis rosarum non solutiuæ.
Sacchari. *an. partes æquales.*
Coquantur u, decet in conuenientem syrupi crassitudinem.

Syrupus rosatus de rosis siccis.

RECipe aquæ, in qua rosæ rubræ siccæ ritè maceratæ, & expressæ fuerint.
Sacchari. *an partes æquales.*
Depurentur, & coquantur ad iustam syrupi crassitudinem.

Syrupus è succo acido citrij mali.

RECipe succi acidi mali citrij leuiter manibus expressi, & diligenter purgati. *lib. duas.*
Sacchari albissimi. *tantumdem.*
Coquantur in uase uitreato ad syrupi consistentiam, ut decet.

Syrupus è corticibus citrij.

RECipe corticum citrij mali maturi a carnosis partibus omnino separatorum. *lib. unam.*
Aquæ communis. *quantum satis fuerit in*

ea commodè macerari, & decoqui possint, bulliant donec coxerint integrè, postea colentur.
Iuris percolati.
Recipe. *lib. unam, & semis.*
Sacchari albi. *lib. unam.*
Coquantur in syrupi consistentiam lento igne, ut decet, ubi uerò feruor desierit, inijce.
Moschi grana quatuor, ut suauior odore reddatur.

Syrupus è cichorio simpl.

Recipe succi cichorij depurati. *lib. sex.*
Sacchari albi. *lib. quatuor.*
Coquantur lento igne ad iustam sy. crassi.

Syrupus è cichorio compos.

Recipe cichorij satiui latiorum foliorum & leuium.
Syluestris uulgaris angustorum foliorum.
Endiuiæ hortensis.
Siluestris latiorum foliorum, & asperorum, quæ pro taraxaco ponitur. *an. manip. duos.*
Scariolæ, id est endiuiæ, uulgo uocatæ crispæ, uel unius ex quatuor prædictis, duplicata tamen mensura. *manip. unum.*
Hepaticæ.
Fumiterræ.
Lupulorum. *an. manip. unum.*
Hordei non decorticati. *unc. quatuor.*

Radicum fœniculi.
Apij.
Aſparagi. *an.unc. duas.*
Haliacacabi. *unc. unam, & mediam.*
Capil ueneris.
Cetrach.
Polytrichi.
Adianti, ideſt capil. ueneris alborum.
Cuſcutæ. *an.drach. ſex.*
Fiat decoctio in aqua ſufficienti; quo decet ordine, deinde colentur huius colati iuris.
Recipe. *lib. ſex.*
Sacchari albi. *lib quatuor.*
Coquantur ut decet in iuſtam ſyrupi conſiſtentiam, ſub finem autem cocturæ hæc immiſceantur.
Rhabarbari optimi in minimas partes conciſi. *unc. duas.*
Spicænardi minutim inciſæ. *ſcrup. duos.*
Macerentur in prædicti decocti parte, quæ in hunc uſum ſeruata fuerit horis duodecim, deinde ferueant unico feruore, colentur, & ualidè exprimantur. Poſtremò ad ignem prædicto ſyrupo iam ferè confecto immiſceantur.

Syrup. è bethonica.

Recipe ſucci foliorum bethonicæ depurati. *lib.tres.*
Sacchari optimi. *lib. duas.*
Coquantur ut decet ad iuſtam craſſitudinem.

Syrupus e boragine.

Recipe ſucci foliorum boraginis depurati. *lib.tres.*
Sacchari optimi. *lib.duas.*
Coquantur, ut artis eſt, dum iuſta ſit ſyrupi conſiſtentia.

Syrupus è lupulis.

Recipe ſucci lupulorum depurati. *lib.tres.*
Sacchari optimi. *lib.duas.*
Coquantur ad iuſtam ſpiſſitudinem.

Syrupus è fumaria.

Recipe ſucci fumariæ depurati. *lib.tres.*
Miſce & ex arte ceratum confice.

Dyapyrites Pauli Aeginetæ.

Recipe ammoniaci.
Lapidis pyritis.
Nitri.
Sulphuris uiui *.an.drach. duodecim.*
Cymini. *drach.ſexdecim.*
Cerę.
Terebinthinæ. *an. quantum. ſatis eſt.*
Miſce & confice ceratum ex arte.

Ceratum pellis arietinæ Arnaldi de Villa Noua.

Recipe lithargyrij aurei.
Lapidis hematitis.
Sanguinis draconis.
Boli armeni.
Maſtiches.
Ammoniaci.
Mumiæ.
Galbani.
Thuris.
Coſti.
Lumbricorum terreſtr. *an.drach.ſemis.*
Picis naualis.
Colo phoniæ.
Ceræ albæ.
Rubræ. *an. drach.vnam.*

Radicum

Radicum consolidæ maioris.
Mediæ.
Minoris. *an.drach.tres.*
Rosarum rub.
Myrrhæ.
Aloes. *an. drach.quatuor.*
Pillæ marinæ combustæ.
Gallarum.
Balaustiarum.
Aristolochiæ rotundę. *an.drach sex.*
Visci quercini.
Terebinthinæ. *an.unc duas.*
Sanguinis hominis ruffi. *unc.nouem.*
Pellem Arietinam integram cum omnibus pilis coques in aqua, donec ferè omnino dißoluta sit in liquorem quendam, quem colabis. Huius colaturæ sume libram unam, immitte in uas nouum, in quo uiscus liquabis igni lento rudicula semper agitando, inijce deinde lumbricos, postea ceram, terebinthinam, & mastichem, his liquatis adde gummi aceto dissoluta, & coque ad cerati crassitiem, postremò inijce quæ terenda sunt probè trita, probè misceto, & confice magdalias.

Ceratum oesipi philagrij ex Mes.

Recipe oesypi humidæ. *lib.unam, & mediam.*
Ceræ citrinæ. *.lib.unam.*
Terebinthinæ. *unc.duas, & semis.*
Adipis anseris.

Medullæ cruris uaccini. *an.drach.quindecim.*
Aloes.
Ammoniaci.
Bdellij.
Mastiches.
Styracis liquidæ. *an.drach.octo.*
Croci. *drach. quinque.*
Olei nardini. *Quantum satis est.*
Bdellium, ammoniacum, & aloe, dissoluantur in infusione fœnugræci, & chamæmeli, & fiat ceratum.

Ceratum è sandice. i. minio.

Recipe olei dulcis. *lib.duas.*
Minij. *lib.unam.*
Simul decoque, donec inquinandi finem fecerint.

Ceratum è lythargyro nigrum ex Galeno.

Recipe aceti.
Olei ueteris. *an.lib.tres.*
Spumæ argenti. *lib.unam.*
Coquantur lento igne dum ceratum nigrũ euadat.

Aliud ceratum è lithargyro commune ex Mes.

Recipe olei ueteris. *lib.duas.*
Aceti.
Lithargyrij. *an.lib.unam.*
Bulliant quousque inquinandi finem fecerint.

Ceratum è cerussa coctum appellatum.

Recipe olei ros. *lib. duas.*
Cerussæ. *lib. unam & semis.*
Ceræ albæ. *unc. tres.*
Misce fiat ceratum.

Ceratum è mucilaginibus magistrale.

Recipe ceræ nouæ. *unc. uiginti.*
Mucilag. semi. altheæ.
Fœnugræci.
Sem. lini.
Mediani corticis ulmi. *an. unc. tres, & semis.*
Terebinthinæ. *unc. duas.*
Olei anethi.
Chamæmeli.
Liliorum alborum. *an. unc. unam.*
Ammoniaci.
Galbani.
Opopanacis.
Sagapeni. *an. unc. mediam.*
Croci. *drach. duas.*
Misce, & confice ceratum ex arte.

Ceratum diachylon primum Mes. & dicitur diachylon album.

Recipe olei ueteris clari. *lib. tres.*

Lithargyrij purgati. *lib. unam, & semis.*
Mucilag. rad. altheæ.
Fœnugræci.
Sem. lini. *an. lib. unam.*
Misce, & confice, ut iubet Mes.

Ceratum diachylon magnum.

Recipe lithargyrij puri. *lib. unam.*
Olei anethini.
Chamæmelini.
Irini. *an. unc. octo.*
Terebinthinæ. *unc. tres.*
Ceræ citrinæ.
Resinæ pini. *an. unc. duas.*
Mucilaginum rad. altheæ.
Sem. lini.
Ficuum pinguium.
Passularum.
Glutinis alzanach, idest uisci, quo capiuntur aues.
Oesypi humidæ.
Succi ireos.
Scyllæ. *an. drach. duodecim, & dimidiam.*
Conficiatur ut supra. Quod si parare uolueris cum gummis adde.
Ammoniaci.
Bdellij.
Sagapeni. *an. unc. unam.*
Dissoluantur ex uino.

Ceratum diachylon paruum Mes.

Recipe olei ueteris clari. *lib.unam.*
Lithargyrij. *unc.ſex.*
Mucilaginis pſyllij. *unc. quatuor.*
Mucilag. ſem.lini.
Rad.maluæ. *an.unc.duas.*
Mucilaginis hyoſcyami. *unc. unam, & dimidiam.*
Miſce & paretur eadem arte, qua diximus.

Olea expreſſione facta.

Oleum ex

Amygdalarum dulcium.
Amygdalarum amararum.
Auellanarum.
Glandis unguentariæ ſeu ben.
Ceraſorum.
Cryſomelorum.
Nucum inglandium.
Perſicorum.
Pineis.
Piſtaciorum nucleis.
Aranciorum.
Citriorum.
Limonum.
Ricini aliàs cherua. Seminibus.
Nucis indicę carne.
Recipe. *Quod uolueris ſupradictorum nucleorum, uel ſeminum perfecte maturorum, et exſic-*

catorum, quæ rancida non ſint, ab exteriori lignoſo cortice, & interiori membrana ſi adſit purgatorum, ſine aqua in mortario lapideo ligneo piſtillo perfectè contere, & coge in maſſam, quam in hypocauſto, quod uulgo ſtupham uocant, repone horis quinque, uel in duplici uaſe, quod balneum mariæ dici ſolet per horam coque, iterum contere, demum calido torculari ad hoc parato, oleum exprime.

Oleum ex

Anguriæ.
Cartami.
Citruli.
Cucumeris.
Cucurbitę.
Hyoſcyami.
Lactucæ ſeminibus.
Lini.
Melonum.
Papaueris albi.
Papaueris nigri.
Raphani ſeminibus.

Recipe. *Quod uolueris ex his ſeminibus, & mola truſatili redige in farinam, ex qua ſicut feciſti ex amygdalis tuſis, & in maſſam calefactam redactis oleum torculari extrahes.*

Oleum ſeſaminum his noſtris temporibus in Italia non conficitur, ſed ex Aegypto aduehitur, & emitur Venetijs.

Oleum è

Baccis lauri.
Baccis lentiſci.

Baccis iuniperi.

Baccis terebinthi, seu de granis uiridibus.

Recipe *baccas, quas uolueris ex supradictis benè maturas aliquanto priùs collectas diligenter contere, & in cacabo cum aqua decoque, post crassiori sacculo inclusas torculari exprime feces iterum diligentiùs tere, & affusa calenti aqua iterum exprime, ut priùs, & quod supernatat oleum cochleari leuiter collige, & serua.*

Olea per impressionem facta, quorum materia est uel oleum commune, uel aliud per expressionem paratum, quorum aliqua sunt simplicia, alia composita. Olea simplicia, quæ per impressionem fiunt, sunt qualia.

Oleum ex

Absinthij.

Sampsuchi.

Menthæ.

Rutæ folijs, & cacuminibus.

Anethi floribus.

Chamæmeli floribus luteis.

Cyperi, seu alchanæ floribus.

Hyperici floribus.

Iasmini floribus, sambacinum uocant.

Laucoij lutei floribus, quod cheirinũ uocant.

Liliorum alborum folijs florum.

Meliloti floribus.

Rosarum rub. maturarum folijs florum.

Sabinę folijs. Sambuci floribus.
Pulegij floribus, & comis.

Recipe olei communis bene maturi & dulcis, quod ex oliuarum pulpa expressum sit. *lib. unam* Florum uel foliorum recentium, & aliquantulum passorum, eius, qđ ex supradictis uolueris. *unc. quatuor.*

Flores, uel folia incidantur, uel leuiter contundantur, & in uase uitreo bene obturato simul cum oleo concludantur, & soli exponantur septem diebus post coquantur in duplici uase tribus horis, refrigerata manibus exprimantur quàm optime. Expresso tantumdem florum, uel foliorum addatur, & fiat insolatio, decoctio, & expressio, ut priùs, deinde tertiò immissis nouis floribus, uel folijs, & insuper quarta parte ad pondus olei, efficacissimæ infusionis eorundem florum, uel foliorum, & uase diligentissimè obturato solaribus radijs expone diebus quadraginta, demum exprime ualidè, cola, ac soli expone quàm diutissimè.

Animaduerte tamen, quod oleum ex quo rosaceum completum efficitur, præter dictas conditiones, debet esse eiusdem anni, ac tamdiu priùs lauari, donec omnem deposuerit acrimoniam. Infusio uerò, quæ tertio loco adijcitur, ea sit, quæ parata fuerit, ad syrupum rosaceum solutiuum conficiendum. In rosaceo uerò simplici conficiendo, nec olei lotio, nec tertiò repetita rosarum infusio, necessaria est.

Oleum ex

Absinthij.

Rutæ comis.
Cucurbitæ floribus, raſura, & ſucco.
Lactucæ folijs.
Nympheæ albæ.
Nympheæ citrinæ.
Violarum floribus.
Papaueris albi.
Papaueris nigri florib⁹, capitibus, folijsq́ꝫ.
Roſarum immaturarum rub. folijs florum.
Recipe olei omphacini, ſeu immaturi & acerbi. *lib. unam.*
Florum uel foliorum cuiuſuis ex ſupradictis. *unc. quatuor.*
Infunde, ſoli expone, decoque, & exprime, ut ſupradictum eſt, & ter eadem repete, addendo tertio loco infuſionem efficacem florum, uel foliorum eius herbæ cuius oleum paratur, ſicut ſupradictum eſt.

Oleum è caſtoreo ſimpl.

RECipe olei antiquiſſimi. *lib. unam.*
Caſtorei boni. *unc. unam.*
Inſolentur in uaſe uitreo bene obturato tempore æſtiuo diebus quadraginta, uel additis unc. quatuor uini generoſi decoque in duplici uaſe ad uini conſumptionem.

Oleum è cucumere aſinino, uel ſicyonium.

RECipe olei dulcis *partem unam.*
Radicis cucumeris aſinini contuſæ.
Succi eiuſdem radicis. *an. part. ſemis.*

Decoque omnia ſimul in duplici uaſe ad ſucci con-ſumptionem cola, exprime, & reconde.

Oleum è cydonijs, ſeu melinum.

Recipe olei omphacini ſeu immaturi. *part. ſex.*

Carnis cum corticibus abſque ſeminibus cydoneorum nondum omnino maturorum leuiter contuſæ.

Succi eorumdem. *an. part unam.*

Pone omnia ſimul in uaſe uitreato bene obturato, & in ſola quindecim dies, poſtea in duplici uaſe decoque horis quatuor, & exprime uehementer. Eadem repete ſecundo, & tertio, additis ſemper noua carne, & nouo ſucco, poſtremò colatum repone.

Oleum ex enula ſeu helenio.

Recipe olei dulcis.

Radicis elenij contuſæ.

Succi eiuſdem radicis. *an part. unam.*

Vini odorati generoſi. *part. ſemis.*

Decoque omnia ſimul in duplici uaſe ad ſucci, & uini conſumptionem, & exprime, adde ſecundo, & tertio radices contuſas, ſuccum, & uinum, ut prima uice, decoque & exprime, poſtremò colatum, & expreſſum ſerua.

Oleum euphorbij ſimpl.

Recipe olei leucoij lutei, quod cheirinum uocant.

Vini odorati. *an.unc.quinque.*
Euphorbij albi. *unc.mediam.*
Decoque in duplici uase ad uini consumptionem, & reconde.

Oleum formicarum.

Recipe formicarum alatarum. *quantum uolueris.*
Claude eas in uase uitreo, & superfunde olei dulcis, quod satis est ad eas penitus immergendas, & uase optimè clauso in sola tempore æstiuo dies quadraginta, postea cola, & reconde.

Oleum lumbricorum.

Recipe olei dulcis. *lib duas.*
Lumbricorum terrestrium, ex uino albo odorato lotorum.
Vini albi odorati. *an.lib.semis.*
Decoque in uase duplici uitreo bene obturato donec absumatur uinum, cola, & reconde.

Oleum è mandragoræ pomis.

Recipe succi pomorum maturorum mandragoræ.
Olei sesamini nel oliuarum dulcis. *an.partes æquales.*
Decoque in duplici uase ad consumptionem succi, & cola, idem repete secundo, & tertio, demum excolatum reconde.

Oleum maſtichinum ſecundi modi Mes.

Recipe olei roſati completi. *lib. unam.*
Vini odorati.. *unc. octo.*
Maſtiches. *unc. tres.*
Decoque in duplici uaſe ad lentum ignem do
abſumptum fuerit uinum.

Oleum myrtinum.

Recipe comarum myrti tenellæ, conti
ſarum.
Succi earundem.
Olei omphacini. *an. partes æquales.*
Vini auſteri. *partem mediam.*
Decoque omnia in duplici uaſe ad ſucci, & ui
conſumptionem, cola, & exprime, expræſ
adde nouas extremitates, ſuccum, & uinum
ſecundò, & tertiò decoque, & exprime ut pri
mum, poſt ultimam coctionem, & expreſſioner
cola, & ſerua.

Oleum nardinum ſimpl.

Recipe olei ſeſamini uel oliuarum dulcis
& loti. *lib. unam, & ſemis.*
Spicænardi. *unc. tres.*
Aquæ claræ.
Vini albi odorati. *an. unc. duas, & ſemis.*
Decoque ad lentum ignem in duplici uaſe horis qua
tuor frequenter agitando.

Oleum

Oleum ranarum.

Recipe olei ſeſamini, uel oliuarum omphacini. *ſextarium medium ideſt unc. nouem.*
capitum ranarum aquatiliũ antiquarum. *unc. ſex.*
Decoque in uaſe uitreo forti anguſti oris optimè obturato in balneo mariæ, donec ſint diſſoluta. cola & ſerua.

Oleum è ſcorpionibus ſim.

Recipe olei amygdalarum amararum *lib. duas.*
Scorpiones viuos mediocres. *nu. trigima.*
Conijciantur in uas uitreum obturatum & inſolen- diebus triginta, poſtea coletur oleum; & ſeruetur.

Oleum è ſtyrace Mes.

Recipe olei maturi dulcis, uel.
Olei balanini ſiue de ben. *lib. unam*
Vini albi odorati. *unc. octo.*
Styracis calamitæ. *unc. tres.*
Decoque lento igne in duplici uaſe ad uini conſumptionem.

Oleum è uiperis.

Recipe uiperarum uiuarum integrarum. *lib. duas.*

Olei

Olei antiqui. *Sextarium unum, id est, lib. unã, & semis.*

Decoque in vase vitreo forti oris angusti, quod sit optime clausum, in balneo mariæ, donec carnes sint dissolutæ, & post perfectam refrigerationem, coletur oleum, & reponatur.

Olea per impressionem composita.

Oleum e capparibus.

Recipe olei antiqui. *lib. unam.*
Aceti vini albi.
Vini albi odorati. *an. unc. duas.*
Corticum radicum capparorum. *unc. unam.*
Seminum viticis seu agni casti
Asplenij, seu cetrachi.
Cyperi.
Corticum tamaricis.
Foliorum tamaricis. *an. drach. duas.*
Foliorum rutæ. *drach. unam.*
Crassiuscule contusa decoque in duplici vase ad consumptionem vini, & aceti, cola, & reconde.

Oleum de Castoreo compos.

Recipe olei maturi. *lib quatuor.*
Vini albi generosi. *lib. duas.*
Cyperi.
Piperis longi.
Piperis nigri.
Pyrethri.

Sabinæ.
Schœnanthi. *an.drach. duas, & semis.*
Carpobalsami, seu cubebarum.
Casiæ.
Castorei.
Costi.
Croci.
Euphorbij.
Galbani.
Nardi Indicæ.
Opopanacis.
Styracis calamitæ. *an.drach.duas.*

Dissluantur gummi ex vini iusta quantitate, reliqua crassiuscule contusa, & contrita in vase vitreo bene obturato decoquantur cum oleo, & vino in duplici uase donec vinum consumptum sit, deinde cola, & exprime expresso adde gummi dissoluta, & eodem modo diligenter decoque frequenter rudicula permiscendo dū absumptum sit uinum, demum serua in uase vitreo colatum.

Oleum de costo.

Recipe olei sesamini vel.
Oliuarum dulcis. *lib.tres.*
Extremitatum sampsuchi. *unc.octo.*
Costi. *unc.duas.*
Casiæ odoratę. *unc.unam.*

Aromata, & herba crassiuscule contrita infundantur biduū in uino aromatico quantum satis est, deinde cum oleo coquantur in duplici uase horis sex frequenter mouendo, post cola, & serua.

Oleum

Oleum è cro co.

Recipe calami aromatici.
Croci. *an.unc.unam.*
Myrrhæ puræ. *unc.ſemis.*
Macera ſimul in optimo aceto uini albi diebus quinque, poſt adde.
Cardamomi. *drach.nouem.*
Iterum macera die una, ſeptima uerò die adÿce.
Olei dulcis. *lib.unam,& ſemis.*
Decoque ad lentum ignem in duplici uaſe, donec fuerit conſumptum acetum demum cola,& ſerua.

Oleum ex Euphorbio compos.

Recipe calaminthæ montanę ſiccæ.*unc.unã & ſemis.*
Coſti. *drach.decem.*
Pyrethri. *drach.ſex.*
Caſtorei. *drach.quinque.*
Condiſi, ideſt ſtruthij.
Staphidisagriæ. *an.unc.ſemis.*
Contuſa macerentur biduo in uini odorati lib. tribus dimidia,coquantur in duplici vaſe ad medietatẽ,poſt manibus perfricentur valide,adde.
Olei ſeſamini uel.
Leucoij lutei, ſeu cheirini. *lib.unam,& ſemis.*
Percoque ut ſupra dum uinum conſumptum ſit, deinde adde.
Euphorbij recentis tenuiſſimè pulueratii. *drach.quatuor.*

Decoque

Decoque donec vniantur, & serua.

Oleum ex hierico compos.

Recipe olei antiqui dulcis. *lib. quatuor.*
Vini albi generosi. *lib. unam.*
Florum hyperici recentium cum suis semi nibus. *manip. quatuor..*
Contere crasso modo hypericum, ac biduo ex oleo, & vino macera uase bene clauso, deinde bulliant in balneo duobus horis, fortiter exprime, & cola. Nouos flores similes adde biduo macera, contusos decoque, & cola, & ut supra, & tertio eadem repete, demùm in singulas libras colati tritis. Primum quę teri oportet adde.
Terebinthinæ. *unc. sex.*
Olei abiethini. *unc. tres.*
Lumbricorum terestrium ex uino. generoso lotorum. *unc. duas.*
Calami aromatici.
Cardui sancti.
Carlinæ.
Dictamni eretici,
Gentianæ.
Tormentillæ. *an. drach. duas.*
In vase vitreo bene obturato insola dies quadraginta, postea cola, tũ serua in uase optimè clauso.

Oleum mezereon seu thymeleæ.

Recipe thymeleæ foliorum. *unc. quatuor.*

Mace.

Macerentur horis uigintiquatuor in aquæ lib. una, postea adde.

Olei sesamini vel.
Oliuarum dulcis. *unc. octo.*
Lactis recentis. *unc. sex.*

Decoque in duplici uase ad consumptionem aquæ, & lactis, & colatum reconde.

Oleum nardinum compos Mes. & est secundi modi.

Recipe olei sesamini uel.
Oliuarum dulcis loti. *lib. sex.*
Aquę claræ.
Vini albi odorati. *an. unc. octo.*
Nardi Indicę. *unc. tres.*
Sampsuchi. *unc. duas.*
Calami aromatici.
Cardamomi.
Cyperi.
Helenij vulgo enulæ.
Folij, seu spicæ celticę.
Foliorum lauri.
Schęnanthi.
Xiloaloes, *an. unc. unam, & semis.*

Crasso modo contusis conterendis coque omnia lento igne in duplici uase, sæpiùs agitando, donec aqua, & uinum sint absumpta, cola, & serua.

Oleum è piperibus minus. Mes.

Recipe hasce, idest uel hyssopi, uel thymi surculorum recentium.

Folio-

Foliorum rutæ uirentium. *an. manip. medium.*

Bellirricarum.

Chebularum.

Emblicarum.

Indarum. *an. drach. quinque.*

Radicum apij.

Fœniculi. *an. drach. tres, & semis.*

Zingiberis.

Piperis albi.

Longi.

Nigri. *an. drach. tres.*

Ammoniaci.

Opopanacis.

Sagapeni. *an. drach. duas & semis.*

Turpethi albi boni. *drach. duas.*

Contrita omnia decoquantur in duodecim lib. aquæ, dum aquæ tertia pars absumpta sit, colentur, colaturæ adde.

Olei ricinini, seu de Cherua. *Heminas duas, idest unc. decem & octo.*

Coquantur ad consumptionem aquæ, cola, & serua.

Oleum è piperibus maius Mes.

Recipe succi hasię, idest Hyssopi uel thymi.

Sextarij tertiam partem, seu unc. sex.

Iridis. *drach sex.*

Calami aromatici. *drach. duas, & semis*

Casiæ *drach. duas.*

Anisi.

Cardamomi. *an. drach. unam, & semis.*

Nar-

Nardi Indicæ. *drach.unam.*
Adde prædictis coque ut prius.
Potest parari etiam cum oleo cheirino, aut irino, aut amygdalarum amararum, pro oleo ricinino, aut cum omnibus simul, aut cum aliquibus ex istis, dum tamen tota olei, aut oleorum quantitas simul non excedat heminas duas seu unam & semis.

Oleum e scorpionibus compos.

Recipe olei Amygdalarum amararum.
Sextariam unum idest lib.unam & dimidiam.
Aristolochiæ rotundæ.
Corticum radicum capparorum.
Cyperi.
Gentianæ. *an.unc.unam.*
Insolentur diebus viginti in uase uitreo optimè obturato, in quod post id tempus proÿciantur scorpiones uiui decem, duodecim, quindecim pro eorum magnitudine, & uase diligenter clauso, iterum insolentur diebus triginta, demum percolatum oleum reponatur in uase uitreo.

Oleum uulpinum.

REcipe uulpé vnam boni habitus adultam sed iuuenem, exenteratam, venatu captam, & repente mactatam.
Olei antiqui claris. *sext. duo & semis, idest unc. quadraginta quinque.*
Aquæ fontanæ claræ.

Aquæ marinæ. *an. sextaria duo, idest lib. tres.*
Salis. *unc. tres.*
Decoque in cacabo ad lentum ignem donec vtraque aqua prorsus absumpta sit, deinde confractis ossibus vulpis, & mutato uase adde.
Aquę dulcis decoctionis anethi, & hyssopi, uel thymi. *lib. duas.*
Anethi.
Hyssophi uel thymi.. *an. lib. unam.*
Percoque ad huius ultimæ aquæ consumptionem, post uehementer exprime, cola, & serua

Olea per emanationem

Oleum e.

FRumento
Sinapi.
Comprime huiusmodi semina inter duas ferreas laminas mediocriter ignitas, & manabit oleum.
Potest etiam hoc fieri destillatione per descensum, ut dicetur de oleo Iuniperi.

Oleum e

COrno.
Fraxino.
Iunipero.
Gagathe.
Guayaco.
Recipe. *Cuiusuès horum frustula quot libuerit uasi uitreo bene lutato, uel figulino bene itus uitreano angustis oris imitito, ori huius uasis lami*

nam

nam ferream ad instar cribri perforatam applica, & luto sapientiæ benè conglutina. Post eidem uasi aliud uas vitreum, uel intus uitreatum, eo aliquantulum minus luto sapientiæ diligenter conglutina, ita ut nec aeri per rimas pateat transitus. Hoc minus uas terræ infundito maiori, quod dictis frustulis ferè est plenum extra terram existente, huic carbones ignitos unde quaque circunda, qui tandiu ardeant, dum oleum ex contentis frustulis in uas sepultum destillauerit, demum igne extincto, & uasis refrigeratis, oleum extrahe, & repone.

Oleum è lateribus.

LAteres ruffos inueteratos in frustula comminutos igne carbonum sine fumo tandiu, & uehementer urito, donec igniti rubescant, sic ignitos in oleum antiquum clarum inijcito, & dimittito dũ oleo impleantur, sicca in patella, postea contundito in tenuissimum puluerem, & organis uitreis, quibus utũtur in oleo Terebinthinæ ui ignis eliciendo arte alchimistica oleum elicito, quod uasculis bene clausis reponito.

Oleum e Myrrha.

DEcoque in aqua tot oua recentia integra, quot opus erit, donec sint benedura, mundata a putaminibus, deinde

media per longitudinem, durum uitellũ exime, cauitatem reple puluere pinguissimæ, optimæque myrrhæ, partes albuminis ouorum diuisas iunge, simul iunctas liga filo, & in loco frigido, & humido suspende, emanantem liquorem excipe patina uitrea subiecta, & uase uitreo serua.

Oleum ex ouis.

RECipe uitellos duros ouorum recentium elixatorum quos uolueris. Comminue manibus, uel rudicula, uel pistillo in mortario: comminutos assa in sartagine figulina uitreata continuo agitãdo rudicula, donec ferè spumosi euaserint, sic calentes sacculo lineo firmiori uino aromatico irrorato inclusos exprime, torculari ad hoc parato. quod emanabit uasculo uitreo, serua.

Oleum è sulphure.

VIuum Sulphur vre sub campana uitrea aliquantulum eleuata, in qua collecti ascendentes uapores concrescant in liquorem, qui defluat in ua amplum, seu catinum uitreatum, in cuius medio stet uasculum cum prunis ad urendum Sulphur, hunc liquorem, collige, & in ampulla uitrea serua.

Oleum e tartaro, seu uini fecibus exsiccatis.

TArtarum album ex uino generoso, tritum in nouo fictili ure in fornace, donec uas percoctum sit, vstum sacculo pyramidali inclusum in loco frigido & humido suspende uitreo uase supposito, quod excipiat defluentem ex dissoluto tartaro liquorem, quẽ alio uitreo uase bene obturato conserua

Oleum terebinthinæ.

IN uitream cucurbitam retortam bene lutatam conijce Terebinthinam, vt ferè sit semiplena, adijcias arenam lotam, qua compescatur Terebinthinæ ebullitio excipiens uas uitreum cucurbitę agglutinato forti glutino, cucurbitam imponito uasi cineribus pleno, cui ualidus ignis paulatim auctum subijciantur Vi ignis in uas recipiens triplex liquor defluet albus, flauus, & niger, quos seorsum mutato recipiente collectos, separatim repone in uasis uitreis diligenter obturatis.

Gio: Pietro Ma:

Medicamentorum præparationes.

Adipum seu pinguedinum præparatio.

ADeps seu pinguedo recens exemptis uenulis, fibris, & membranulis, simplici aqua clara toties lauetur, dum pura nec amplius cruenta effluat, post minutim incisa liquetur in duplici uase, coletur, & in uase uitreo in loco frigido reponatur, durat toto anno.

Aloes lauatio.

DVrissima aloe dissoluatur in tripla quãtitate aquæ calidæ claræ in patina uitrea, seu uitreata, aliquantulum rudicula agitetur, postea coletur per linteolum, sordes in eo remanentes abijciantur, pinguis aqua colata, in patina tenuiore linteolo cont ecta ad solem, uel in æstuario exsiccetur, seruatur diu.

Aloes nutritio.

ARomata, quę iusserit medicus in aquę claræ octupla quantitate decoquantur, donec duæ partes eius absumptæ sint, postea aloe purissima trita dissoluatur ex prædicto decocto colato, & ex-

presso,& in latiore patina uitrea, uel uitreata tenui linteolo contecta exsiccetur ut supra, deinde iterum trita, & soluta exsiccetur, idq; toties repetatur dum aloe prædicti decocti duplum sui ponderis ebiberit. Hoc eodem modo nutritur optima aloe, diluto rhabarbaro, & decocto myrobalanorum,& diuersis succis herbarum, & florum, ut rosarum, uiolarum, endiuiæ, & similium, dissoluitur enim in ipsorum aliquo, & exsiccatur ut supra, & hoc toties, donec eam liquoris quantitatem ebiberit, quam præscripserit medicus.

Aluminis liquidi, seu rochæ assatio, seu ustio.

NOuum fictile aluminis ferè plenum ardentibus carbonibus iniectis contegitur, & circundatur,& tamdiu uritur, donec totum lumen penitus efferbuerit, nec ulterius spumam emittat, tum refrigeratum eximitur, & in fictili reponitur.

Anacardorum præparatio.

ANacardi triti macerentur in aceto diebus septem,octauo coquantur lento igne ad medietatem; colentur linteolo, crassities in eo remanens sunt ana-

cardi

cardi præparati, colatum autem acetum cum melle coctum ad mellis craſſitiem, uocatur mel anacardinum.

Argen. ſpumæ ſeu litharg. lotio.

LIthargyri tenuiſſimus puluis denſo linteolo tranſmiſſus in catino cum ſalis communis triti dimidio in marina aqua uel communi, quæ digitis quatuor ſupereмineat, maceretur diebus decem duodenis quibuſque horis rudicula totum agitando, ac conturbando, ne duреſcat in lapidem, ultimo die abiecta tota aqua ſalſa conteratur in mortario, deinde bis in die abluatur ſemper noua aqua dulci affuſa tot diebus, dum omnem depoſuerit ſalſedinem, & candidum euaſerit, ex quo ſiccato formentur offæ, & reponantur in longum tempus ſeruatur ut metallica.

Calcis uiuæ ablutio.

TRita calx in catino copioſæ aquæ dulcis miſcetur, ac multum agitatur, cum in fundo reſederit, mutatur aqua, commiſcetur denuò, ac cõturbatur, ut priùs, & cum reſederit, effunditur aqua, & immittitur noua hoc ſepties facto, cogitur in offas, quæ ſiccatæ reponuntur.

Chalybis præparatio.

CHhalybis tenuissimam scobem e lima, tam absque omni sorde in aqua clara manibus diligenter confricata, sæpius aqua renouata quousque dum aqua per se non inficiatur, postea quater ignitam extingue in aceto acerrimo, & exsiccatam reconde, uel ei affunde tantum aceti ut tota madeat in eo, diebus triginta macerari permitte, deinde tere super porphyritem lapidem, & exsiccatam reconde.

Caphuræ seu camphoræ præparatio.

IN mortario primum amygdalæ duæ uel tres pistillo contunduntur, deinde ab[illegible] ciuntur, uel oleo amygdalino tum mo[rtarij fundum, tum pistilli extrema pars] illinitur, inde camphora commode te[ritur]: sic enim neque adhærescit, neque in auras dissipatur.

Cancrorum fluuialium ustio.

IN ærea patella ad ignem posita uiui cancri tandiu assentur, dum in tenuissimum puluerem redigi possint, si hoc diebus canicularibus factum fuerit, puluis in

loco

loco ſicco conditus toto anno ſolet aſ-
ſeruari.

Cantharidum præparatio.

FIctile patuli oris uiuis cantharidibus fere plenum, & rariſſimo linteolo obductum, inuerſum uaſculo, in quo acerrimum ferueat acetum imminens ſuſpendatur tandiu, dum aceti feruentis uapore omnes cantharides enecatæ fuerint, quæ ad ſolem ſiccatæ in uitreo uaſe anguſti oris cera obturati ſeruentur, durant ad annos ſex.

Ceruſſæ ablutio.

ABluitur ceruſſa non ſecus, ac calx.

Colocynthidis præparatio.

TRrochiſcorum albandal confectio, eſt colocynthidis præparatio.

Chalcanthi vſtio.

VRitur chalcanthũ eodem modo, quo & alumen liquidum, quod aliàs rochæ dici ſolet.

Coraliorum præparatio.

Coralia alba,& rubra porphyrinis mortario, & piſtillo affuſa aqua roſacea tamdiu molantur, dum in tenuiſſimum polinem redacta fuerint, & inditi or ſub dentibus ſtridorem non pariant poſt ſubſidentiam, aqua effuſa relicto limo fiant offulæ, reponantur uaſculis uitreis.

Coriandrorum præparatio.

COriãdrorum ſemina ante annum collecta acri aceto tribus diebus macerentur, deinde ſiccata reponantur.

Cornu ceruini præparatio.

COrnu ceruini fruſtula in crudo figulino uaſe,cui crudum operculum figuli num conglutinatum ſit,aliquot foraminibus pertuſum in fornace ſigulina urantur, dum uaſa percocta ſint, & cornu fruſtula candidiſſima euaſerint, poſtea ſupra porphyrinum marmor ex roſacea diu terantur, & paſtilli formentur, qui ſiccati in uitreis uaſis reponantur.

Eboris

Eboris præparatio.

VRitur eodem prorſus modo, quo cornu ceruinum, cum uerò uſtum, & ex uaſe fuerit extractum, terendum in tenuiſſimum puluerem, & per cerniculum tranſmittendum, huic deinde in patina uitrea duplum aquæ roſaceæ affunde, & exſiccari permitte, poſtea iterum tere, & tantumdem aquæ roſaceæ ſecundo affunde, & exſiccari permitte, tertio dein tere, in tabula porphyrina ex æquali pondere aquæ roſaceæ diutiùs molendo, & offulas, ſeu trochiſcos conſice, exſiccatos in uaſe operculato repone, durant ad aliquot annos.

Ellebori nigri radicum præparatio.

RAdices hellebori nigri exempta lignoſa medulla macerentur biduo in calido ſucco cydoniorum, deinde exſiccati infigantur tanquam clauiculi in integrum pomum cydonium, quod cruda frumentacea paſta craſſiori obductum, coquatur in clibano, donec paſta ſit per cocta, refrigerato pomo, exemptæ radices, & exſiccatæ reponantur in loco ſicco, durant biennio.

Esulæ radicum præparatio.

RAdices esulæ cortice abraso in aceto acerrimo horis uigintiquatuor macerentur, deinde siccentur, & seruentur in loco sicco.

Gersæ serpentariæ præparatio.

RAdices serpentariæ maioris siccas, & abrasas contere in tenuissimum puluerem, cui par pondus aquæ rosaceæ affunde, & in patina uitreata linteolo contecta ad solem exsicca, idem secundò, & tertiò repete, postremò exsiccatum hunc puluerem ex uino odorato redige in trochiscos, quos exsiccatos reconde in loco sicco, & hęc est cerussa ex serpentaria, paratur hoc modo.
Ex radicibus s. rpétarię dempto nigro cortice in lapideo mortario contritis succus extrahitur, qui effusus in catinum tenui linteolo contegitur, exsiccatur ad solem, & euadit similis cerussæ, reconditur ut altera, durat anno.

Hyrundinum ustio.

PVlli hyrundinum ita iugulentur ut sanguis effluens super ipsorum alas decidat,

cidat, trito ſale aſpergantur, & in nouo fictili oris anguſti uitreato, operculato, & luto ſapientię oblinito urantur in furno. Cinis ſeruatur in uaſe uitreo oris anguſti bene obturati.

Iecoris lupi præparatio.

LAuetur iecur lupi uino odorato, in quo abſinthium coxerit, lotum ollæ nouæ inditum in furno repente diligenter exſiccetur: ita tamen, ut non aduratur, exſiccatum cum abſinthio reconde in loco ſicco.

Inteſtini lupi præparatio.

INteſtinum in longum ſciſſum, & tranſuerſim in fruſtula diuiſum, lauetur uino odorato, in quo ruta, & fœniculum coxerit, poſtea exſiccatum, ut iecur lupi repone in loco ſicco inuolutum folijs rutæ ſiccæ.

Cancami ſeu laccæ præparatio.

DEcoque ariſtolochiæ longæ, ſchęnanthi an. unc. duas in aquæ libris quatuor, donec tantum ſuperſint lib. tres in hoc decocto colato decoque lento igne unc. ſexdecim laccæ, donec prorſus diſſoluatur, & aqua ruborem ſanguinis

cõtraxerit, cola per laneum pannum, & abiectis fecibus colatum ius percoque in duplici uaſe ad craſſitiem mellis, ex quo antequam frigeſcat, & forma orbiculos; & ſerua.

Lapidis cyanei ablutio, quem lazulum vocant.

LApis cyaneus diligentiſſimè tritus toties affuſa aqua clara in catinum manibus confricando lauatur, abiecta poſt reſidentiam prima aqua, & noua affuſa, donec prorſus non inficiatur, ſed clara effluat.

Margaritarum præparatio.

MArgaritę mortario & piſtillo porphyrinis molantur, ut dictum eſt de coralijs, reliqua ut in illis peragantur. Qui modus etiam ſeruandus eſt in præcioſis lapillis præparandis omnibus.

Medularum præparatio.

MEdulla autumno ex oſſibus recentibus exemptæ lauentur, & in duplici uaſe liquatæ reponantur, ut adipes, durant æquali cum illis tempore.

Mezerei præparatio.

MEzerei folia ſic præparantur, ut eſulæ radices, uſus tempore rediguntur in pulucrem, abiectis neruis, ſeu uenis contuſioni contumacibus.

Oeſypi expreſſio, & præparatio.

E Sordidis lanis, quæ ex collo, coxis, & alis auium defatigatarum fuerint detonſæ, feruenti aqua pluriès affuſa omnem pinguedinem exprimito, repoſitis lanis profundo uaſculo immiſſam aquam pinguem diu agitato multifida rudicula, ut multam generet ſpumã, quam unà cum ſupernatante pinguedine exceptam in alio uaſe ſeorſum reponito, aquam denuo agitato, & genitam denuo ſpumam cum prima reponito, & hoc toties peragito, dum uniuerſam col legeris ſpumam, nec ulla amplius ſupernatet pinguedo, hanc collectam pinguedinem cum ſpuma in aqua pura manibus ſubigendo lauato, ſordes immixtas demito ſæpius aquam renouando, donec pura effluat, & pinguedo linguæ ad mota non mordeat, lotam recondito in fictili.

Plumbi lotio.

IN mortario plumbeo aquam pluuiam pistillo plumbeo tamdiu agitato, ac ducito, donec aqua instar liuidi limi crassescat, hunc limum linteo cola, exsiccatúmq; in pastillos formatum recondе.

Plumbi ustio.

SVper tenuissimas plumbi laminas fictili nouo inditas sulphur inspergito, additisque alijs rursus laminis interiecto semper sulphure, donec vas expleueris, ignem succendito. Flagrante autem plumbo ferrea rude uersato, donec prorsus redigatur in cinerem, nihilque plumbi inustum relictum sit, tum demũ obstructis naribus (ne sulphuris uapor noceat) eximito, lauetur postmodum sicut cerussa.

Pulmonis vulpini præparatio.

PVlmonem uulpis extracta aspera arteria uino odorato, cui hyssopum, & & scabiosam incoxerit diligenter lauato, lotum ollæ impositum siccato ut iecur lupinum siccatum in loco sicco, cum marrubio, & hyssopo reponito.

Sanguinis hircini præparatio.

HIrcus adultę iam ætatis non senesc. boni habitus, quadraginta saltem dies ante nutritus herbis calculum frangendi uim habentibus, ut petroselino, auistico, hedera, saxifragia, fraxino, fœniculo, & similibus, & uino albo, iuguletur diebus canicularibus, sanguis, qui medio loco effluxerit priore, & postremo reiecto tantum excipiatur, vbi concreuerit effuso humore in plures partes scidatur, quæ supra setaceum cribrum extensæ, ac tenui linteolo copertæ siccentur in furno tepido; condantur in uase bene clauso loco sicco, seruatur in annum.

Scamonij praparatio.

SCamonium tritum in massam reducatur, ex oleo violato, deinde cydonio excauato inclusum, & rursus obturato assatur in furno, una cum pane donec pomum sit percoctum, deinde in succo cydoniorum tertia pars pulueris mirobalanorum flauarum maceretur horis uigintiquatuor, quo leuiter colato nutritur scammonium iã coctum, donec tãtundem succi iam dicti ebiberit, demũ exsiccatum teritur in puluerem, ex quo cum

cum masthiche dissoluta in oleo rosaceo formentur placentulæ, seu Trochiscis, & reponantur.

Scyllæ præparatio.

SCilla magna non putris, nec flauida abiectis extimis tunicis pistorum pasta tota obducitur, & in furno unà cum panibus ad eorum cocturam percoquitur post ea singulæ eius tunicæ excepto tamen meditullio, quod abijcitur filo traijciuntur, ita ut se inuicem nō contangant, tum suspenduntur in loco sicco, cauendo interea ne ferro aliquo uulnerentur.

Setæ seu serici ustio, seu assatio.

FOlliculi serici eiusdem anni minutim incisi abiectis uermibus adhuc uiuentibus, in ollam nouam inditi tandiu siccantur in furno tepido, dum possint in mortario contritione in puluerem reduci, non in cinerem, qui seruetur in uasculo uitreo obturato.

Tutiæ præparatio.

TVtia linteolo mundo tenui, & denso inclusa, & ligata in uase aqua clara

clara pleno, huc atque illuc agitatur, & diducitur, ut tenuior, & melior eius pars in aquam effluat, crassiori in linteolo relicta, cum resederit abiecta aqua molitur in lapide porphyrino ex a qua rosacea, cogitur in pistillos, & seruat̃.

Durationes compositorum.

De conseruarum duratione:

DVratio non omnibus conseruis eadẽ. Rosarum diuturna est, Borraginis buglossi, uiolarum breuior, ut quæ post annum facilè corrumpantur, aut arescantur, aut acescanr, exoletas, & inutiles esse deprehendimus, si superficies ueluti uermiculis corrosa uideatur, aut si sapor, color, odor immutatus sit.

De puluerum aromaticorum duratione.

SEruantur per annum omnes species aro maticæ, nisi admiserint semina frigida maiora, uel minora, aut amylum: tunc enim uix quatuor mensibus seruantur.

De electuariorum alterantium duratione.

ELectuaria dulcia per annum integris uiribus seruantur, amara, & aromatica

matica, duobus annis, Quandoque etiam ad quatuor, si ex arte confecta, & studiosè reposita fuerint.

Antidota optata parua ad sex annos, & vlterius ex arte confecta, & studiosè reposita seruantur, uerum intra sex menses non propinantur.

Antidota magna, ut Theriaca, & mithrydacium integris uiribus usque ad triginta annos, deinde imbecilliora usque ad quinquaginta, & ad summum sexaginta, uerum intra sex menses non propinantur, nisi medicus decreuerit.

De ætate pilularum.

PIllulæ ad dosim constitutam seruantur, integris viribus per annum, & aliquanto ulterius, exceptis pilulis, quæ opium admittunt; hæ enim ad quartum annum seruantur.

De ętate Ceratorum.

EMplastra seruantur per annum, excepto emplastro è pelle arietina, Diapalma, & diapyritè, & nonnullis huiusmodi, quæ compactiora pluribus annis seruari possunt.

Duratio loch, seu Eclegmatum.

LOch in quorum compositionibus, nec nuclei ut amygdalarum, nec semina, ut melonum recipiuntur, possunt ad annum vnum conseruari.

Quæ uerò nucleos amygdalarum, & similium, aut semina melonum, & similium recipiunt, vltra sex menses non durant absque uitio.

Duratio trochiscorum.

TRochisci omnes cum teredinem sensisse percipiuntur, iudicandi sunt euanidi, & inutiles, licet fortè ætate adhuc recentes sint. Trochisci ex aromatibus constantes cum in eis odoramentorum fragrantia, uel aromatum sapor nõ percipitur: obsoleti sunt, & inanes. Trochisci, qui semina facile rancescentia admittunt, vt melonum, & similia, post sex menses inutiles sunt.

Alij Trochisci ab his ritè compositi, & diligenter repositi, integro anno, ut plurimum sunt efficaces, post annum inutiles.

Trochisci ex gummis, & mineralibus potissimum confecti, possunt etiam vltra annum perdurare.

Dura-

Duratio oleorum.

OLea per expreſſionem facta, quorum uis eſt refrigeratoria, ut quæ ex ſeminibus papaueris, cucurbitæ, & ſimilium, non durant vltra tres menſes. Oleum tamen ex oliuis immaturis perdurat ad annum.

Quæ uero ita temperata ſunt, vt circa primum gradum caloris conſiſtant, ut ex amygdalis, pineis, & ſimilibus, ſi offerenda ſint recentiſſima, ſi illinenda, poſſunt in menſem ſeruari.

Calida ultra primum gradum, ſi bibenda ſunt, recentiſſima eſſe oportet, ita vt nullum acorem, uel rancorem contraxerint illinenda poſſunt etiam aliquot menſibus perdurare.

Olea per impreſſionem facta ſimplicia tã frigida, quàm calida, circa primum gradum, ut quæ ex floribus, vel herbis, uel fructibus, uel etiam animalibus bene repoſita, durant integro anno, eo elapſo frigida ſunt nullius vſus, calida uero poſſunt renouari.

Olea, quæ ex gummis, uel aromatibus, calida in ſecundo, & ultra ſecundum gradum bene & ritè confecta, & diligenter ſeruata, durant ad annum tertium, ſi tamen conſeruent odorem ingredientiũ.

Oleum uulpinum, & ipſum merito ſua qualitatis poteſt tertium annum attingere: niſi fortè è ſucco uulpis interea malum odorem contraxerit.

Olea calidiora compoſita, tamdiu durant, & uſui ſunt, quamdiu aromatum odorem conſeruauerint.

Olea per emanationem, ex lignis gummis, uel mineralibus extracta, non ita citò ſeneſcunt, immo in his oleum è lateribus, quo fuerit uetuſtius, eo præſtantius iudicatur.

FINIS.



francesco Rodd[illegible] adi 26 ottob[illegible]

1619 con [illegible]

francesco Rodd[illegible] adi [illegible]